ta [illegible] juris [illegible] postulat [illegible] tamen judiciorum [illegible] corum supplicii [illegible] haud [illegible] tur.

§. 242.

Corpus delicti a judicio poenali, in cujus districtu delictum commissum fuit, levator.

§. 243.

Adversus personam delicti incusatam procedendi jus ei judicio poenali compe- tit, in cujus districtu talis persona depre- henditur.

§. 244.

Sequentes duntaxat excipiuntur casus:

[illegible] Qui perduellionis, adulterationis [illegible] publicarum, monetae falsae in- [illegible], ad judicium poenale [illegible] le, ut legitime adversus eum procedatur, transmittendus est.

5.) si delinquens a majori damno in- ferendo, ad quod occasio ei praesto fue- rat, ultro se abstinuerit.

c) si damnum e delicto emergens exiguum fuerit, aut damnum passus, vel laesus plenam obtinet refarcitionem aut satisfactionem.

CAPUT XXVI.

De circumstantiis delictum aggravan- tibus.

§. 215.

Quo maturior erat deliberatio, quo sollici- cita magis ad patrandum delictum praepa- ratio, quo majus damnum [illegible], aut imminens exinde periculum, quo diffici- lior ad id declinandum circumspectio, quo plura una violantur officia, eo majus est delictum, eo major fit rigor poenae.

1

Annalium Fundationis Petricianae, ab anno Christi 1666 usque ad ad annum 1688 synoptice collecta, et deinceps justa consequentium temporum et rerum ordinem a M. Stanislao Josepho Bieżanowski Leopol. in alma Universitate Cracoviensi Philosophiae Doctore, Collega Minore, Historiographo Petriciano, continuata series.

Prooemium.

Rerum in Polonia et apud vicinos Europae populos, gesta=
rum magnitudo, varietas, tragicaque et supergressa vasti cu=
jusvis ingenii capacitatem, ingentium bellorum moles, quae
dimidium prope nostri, fatali voragine sua, absorpsit, scri=
bentium calamos vel deterruit, vel fatigavit; mihi quoque
cum divina voluntate, et arbitrio majorum, tradenda po=
steris obtigit: in ipso vestibulo, justa animum formidine per=
cellens, suscepti a me operis difficultatem in immensum
attollit: quippe mihi nec tantus animi vigor, ut fractas
aetatis senio vires vivaci spiritu et duraturo in aevum
genio vegetet; nec tanta eorum, quae seculo nostro, domi
forisque, memoranda evenere, inter umbras nimirum ille=

ratas cognitio, ut omnia exacte, justa locorum et tem=
porum seriem, futuris a me seculis, tradi possint; nec
in arcanis politicis, negotiisque publicis, unquam versato,
tanta mentis perspicacia, vel ulla praxis, ut in Annali=
um texendo opere, judicii vim, calamique et animi robur
sapiat. Metior et exinde vires meas, quod excelse summo=
rum in Polonia virorum animo, id, quod molimur, medita=
ta, pulcherrimo huic proposito et judicio de se publico,
haud dubie suffectura, in ipso prorse limine, aut exiguo
processu, fama in publicum sparsa, contenta, cum rem non
dedissent, desiderium ejus, nonnisi reliquerint; quodque
plurimi ex eis, qui rebus maximis admoti, in officiis
publicis diu et cum laude versati, arcanorum conscii, con=
siliorum participes et saepe arbitri, cum immortales in
hoc genere curas suscepissent, serio tandem, id, quod su=
sceperant, consummatione sua majus rati, praeclare coepta
deseruerint, magno aetatis nostrae et subsequentium tempo=
rum damno. Inde mihi tanta et tam decora ingenia, sed
eo, quo intenderant, progredi non ausa, consideranti, trepi=
da mens et virium censura severior; nec pedem ibi securi=
ris figere audeo, ubi tot vestigia, quae ante me haese=
rant, et non sunt eluctata, deterrent. Accedit et illud,
quod frequenti et longa scribendorum interruptione, par=
tim ob vicissitudinem et iniquitatem sortis adversae, par=
tim ob altiores scribentium, in professione ascensus cu=

rasque multiplicatas, aut mortales decessus, res ab ea
serie, qua nectebantur, gravi hiatu discesserint, quae si ut
cohaeserant, ita scribendo quoque cohaesissent, erudire po=
steros luculentius, gestorumque continuato progressu, ma=
gnam seculi nostri partem, ceu oculis fidelibus subjectam,
longinquae aetati repraesentare potuissent. Sed haec est con=
ditio nostra, vitaeque fluentis et defluentis inevitabilis necessi=
tas; in qua vel jactamur ingruentibus malis, ac velut turbido
mari quassati, non tam posito, quam potius excusso calamo, eti=
am cum illustrium operum meditamentis concutimur, vel po=
tius absumpti morteque properata praeventi, et spe agendorum
et vita simul excidimus. Quod certe in hoc etiam Annalium
contextu, praecellentibus ingeniis et summis viris accidit,
quibus cum omnia abunde, ad opus hoc strenue agendum, suffe=
cissent, sola vitae longioris prorogatio defuit; vel si vitae ali=
quantulum superfuerat, ad sublimiores facultatis, justa ordi=
nem professionum et consequenter ad sollicitudines majores,
taeditque senii debilia, gradus promoti obstitere. Ita saepius
rebus sic se habentibus, grande intervallum et rerum pulcher=
rimarum vel omissio, vel relictio intercessit: non neglectu hone=
stissimi operis, aut inertia, vel taedio scribentium; sed jactatione
procellosa temporum, vel mutatione professionum, aut demum
vitae festinato occasu manum de tabula tollere cogentibus.
Qua in re profecto vidimus dolentes et sensimus ingentem
jacturam nostram et negotii publico bono adeo profuturi ces=
sationem; ereptis vel per obitum, vel per vocationem ad subli=
miora, viris clarissimis, qui id feliciter egerant, et utinam diu=

tius egissent. Nam Joannes Innocentius Petricius, medicinae
Doctor, vir aevo nostro cum maximis scriptoribus comparandus,
Sebastiani Petricii, medicinae Doctoris, qui primus Horatium in
Lyricis et Aristotelem in libris de moribus, politia et oecono=
mia Polonica lingua donavit et Historiographum ex peculio
suo fundavit, dignus tanto patre filius, paternae fundationis
munere in se recepto, sumptoque a priori bello Chocimensi,
Sigismundo III regnante, contra Osmanum Turcarum imperatorem,
Annalium suorum initio et vulgato typis rerum in Dacia sub
Chocimo fortiter et gloriose gestarum, nobilissimo opere, cum
Annales suos ad annum Domini 1688. perduxisset, calamum
tandem illum serium et vivacem ac cuicumque ex antiquis hi=
storicis parem, medicis quoque circa aegrotos curis impeditum,
subsistere fecit. Successit illi scribendi gloria non minor prosa,
versaque oratione et lucubrationum grandi numero, quas in
lucem dederat, aetate sua celebris, Joannes Cynerski Rach=
tamovius, Tylicianus eloquentiae Professor, ac dein S. Th:
Sententiarius et Canonicus Cracoviensis, praeceptor meus,
et omnis fortunae meae ac vitae in Academia literata pa=
rens; sed ei, post tot exanthlatos labores, fracta corporis
valetudo et altior Theologica professio obstitit: quamvis
felicissimi ingenii et styli tot operibus exercitati, memori=
am in Annalibus conscriptis relinqueret. Excepit hunc Sta=
nislaus Temberski, Collega minor, Canonicus postea Premi=
sliensis, vir animi erecti, agendo expeditus, dexter ubique et
in propugnandis juribus Universitatis etiam contra validam

magnatum potentiam intrepidus et acer; a cujus manu uni=
us tantum anni 1647. chronographicam connotationem, prae=
sertim in caussis Academicis, quarum pars fuerat, superstitem
habemus. Delatum exinde munus hoc clarissimo pariter et
integerrimo viro Joanni Radzki, Tyliciano eloquentiae tum
Professori, ac deinceps S. Th: Doctori et Canonico Cracoviensi,
qui prout in compluribus scriptis, ligato solutoque stylo, cum
insigni Academici nominis celebritate editis, sincere et gloriose
laboravit, ita et in hoc historiographico munere ab anno
Domini 1660. usque ad annum 1665. insigne Annalium suorum
reliquit monumentum. Cessavit tandem ob continuos motus belli=
cos; ob frequens et per aliquot annos identidem recrudescens sae=
vientis pestilentiae contagium; ob crebros clarissimorum professo=
rum decessus, quin etiam ob annuos reditus, qui Historiographo
debentur, inique detentos; et aegre tandem, per Processum foren=
sem, sedula attentione et vigilantia perillustris viri Francisci
Przewoski S. Th. Doctoris et Professoris, S. Annae sub id tem=
pus Decani, Rectoratu Universitatis summa cum laude perfun=
cti vindicatos, opus hoc sane pulcherrimum, annis circiter
2369. donec insigni et immortalitate nominis clarissimi viri
Augustini Cyzyczkowicz, S. Th. Professoris, S. Annae Decani,
et totius illustris Canonicorum S. Annae Capituli dignissima
cura postliminio reassumptum, unanimi tantorum virorum
voto, et Universitatis consensu, tenuitati meae committeretur.
Acceptavi id non tam ex gustu proprio, quam voluntati alienae
morem potius gerens, ne eximiae auctoritatis personis obsti=

natius contraire viderer, dictamine interiori reclamante, quod declivium aetatis et impares calami vires, merito oppone= bat: malui tamen de sensu meo decedere, quam Universitatis sensum labefactari; cui me, post Deum, et omnia mea debeo, et quantumcumque illud est, quod ex maternis uberibus hau= si, totum id usui et honori ejus cum animi voluptate impen= do. Cum vero, suscepto munere, id mihi cumprimis se= rio agendum, et ante omnia praemittendum censerem, ut an= tecessorum meorum chronographica opera, quae partim in Ar= chivo illustris Capituli S. Annae, partim apud praecipui nominis professores servabantur, collecta in unum, dili= gentius pervolverem, atque ex iis normam scribendi, et quae a majoribus in exemplum futurae aetatis elaborata sunt, imitationi meae proponerem, adhibita ad id cura, quanta fieri poterat, postquam adverti praeter alias re= rum et temporum interruptiones, post sexennalem viri claris= simi Joannis Radzki chronographicam operam, viginti trium annorum intermissionem hac in re interesse: operae pretium mihi visum est, synoptice prius ad Historiae connexionem in= termissa colligere, antequam ea, quae sub tempus commissi mihi negotii evenerant, uberius prosequerer. Quamquam eorum, quae sub hostilitate Suecica dolenda et calamitosa acciderant, in Annalibus magni olim viri Martini Radymiński, Collegae majoris, cursusque Theologici Sacramentalis in Universitate

nostra munifici Fundatoris, exacte descripta, ac fideliter consi= gnata memoria, defectum Annalium ejus temporis supplere posset; aderat quippe his omnibus praesens ipse, quae circa triplex Cracoviae obsidium, et biennale Suecorum dominium, memoranda fuere, atque ut erat vir summi animi et judicii perspicacissime omnia penetrans, et fide illibata connotans, re= tulit haec in Annales suos pari calamo et rerum contextu indubitato, prout et in Annalibus Universitatis ac contro= versiis describendis prope admirandus, opus hac de re sum= me elaboratum et exquisite instructum reliquit: quia tamen eorum, quae extremis Joannis Casimiri temporibus, et post abdicatum ab eo regnum, regnante deinceps Michaele re= ge, et Serenissimo moderno Joanne Tertio satis mirabilia, nulla bilia, fastisque dignissima, orbis famam impleverant, nulla in Annalibus nostris exstat memoria; strictim ea attingere et juxta seriem suam persequi placuit, ceu posteris tanto magis profutura, quanto magis sibi ad invicem cohaese= rint: quod jam invocato coelesti suffragio, ex ordine re= rum et temporum, quo successerant, gratae posteritati in Commentaria aggredior.

Annus Domini 1666.

Luctuosa rerum facies, quae anno superiori, in ipsis regni
visceribus, ob armorum civilium inter Joannem Casimirum
regem, et Georgium Lubomirscium supremum Regni Mare=
schalcum implacabiles motus publico moerore squallebat,
etiam anno praesenti squallorem suum auxit: non quie=
scentibus odiis; sed tanto magis gliscentibus, quanto irri=
tatione mutua conflictus, animi partium vel prosperis ani=
mati, vel ob adversa frementes, pacata intervenientium con=
silia difficilius. Casimiro regi clades Czestochoviensis altum
insederet, ingentemque bellicosi principis animum coquebat ex=
perimentum illud, ex cujus infelici successu bonae causae ju=
stitiam triumphasse apud eos, qui vicerant, passim reputaba=
tur. Lubomirscius, quamvis Vratislaviam iterum extra pa=
triam secessisset: communicatione tamen consiliorum, totus
intra patriam erat; modeste quidem victoriam ferens, sed
rebus suis adhuc in lubrico positis, tempestive providens, in
tantae popularitatis suffragio. Civium erga se studia for=
tius perurgebat. Tentata per Andream Trzebicium, Epi=
scopum Cracoviensem, et alios senatorii ordinis viros, pla=
candis animis remedia, haud successerant. Lubomirscius quip=
pe ut in pristinum honoris gradum restitueretur, quod po=
scebat, fieri non poterat: cum omnia amplissimae dignita=
tis officia, et munera publica, quibus ante gaudebat, post de=
cretum proscriptionis, inter varios distributa, ut ab aliis

repeterentur, nec decorum nec possibile habitum, compensari ali=
ter non poterat, nisi aliquo modo senatorii ordinis gradu; quod
exasperato recenti adhuc vulnere, doloreque et probro Czestocho=
viensi, identidem recrudescente, versari quidem in consiliis, sed
haud poterat decerni. Animorum hinc diversas in partes confli=
ctus, et varia discessio. Zelabant alii quasi pro laesa majesta=
te; alii pro libertate in cive primario oppressa, fomitesque
et stimulos per se calentibus addebant, prout quemque respe=
ctus odii vel gratiae, aut sua propensio ferebat. Vires utrin=
que et militares copiae praesto aderant: Lubomirscio fidum ro=
bur in milite stipendiariorum regni confoederato, et per
provinciales majoris et minoris Poloniae nobilitatis conven=
tus, spes adhaesionis haud dubia: omnia armis civilibus
non componendis, sed promovendis potius, parata et oppor=
tuna. Ergo spes reconciliationis juxta mentem Lubomirscii,
cum non succederet; quinimmo arma contra se et consilia
agitari videret, ventum ad ea, quae hostilitatis mutuae fue=
rant; Casimiro rege arma movente, et Lubomirscio cum suis,
foederatae militiae conjuncto: mota nobilitate tanquam ad
expeditionem publicam, defensura in eo, quod jus commune,
et libertatis pupillam tangebat. Adfuere regiarum partium
subsidio, cum stipendiariorum regni manu, Stanislaus
Potocki, Palatinus Cracoviensis, exercituum regni Dux
supremus, cum Joanne Sobieski, Mareschalco regni, et exer=
cituum campiductore, nunc jam ob gesta triumphalia,

et ingentia merita ad thronum Sarmaticum et coronam eve=
cto: multae praeterea cohortes eorum procerum, qui Casimiro
adhaeserant, nec non veteranus Czarnecii miles tot bellorum
experimentis feliciter perfunctus: sed hic infelix et clade sua
famosus. Lubomirscius quoque interiora regni cum exercitu
ingressus, quamquam animo destinasset, ob reverentiam Maje=
statis declinare cruentos cum Rege conflictus, ac velut ef=
fugio quopiam vim armorum interim morari, donec tenta=
-menta reconciliationis, quae tamen agitabat, succederent.
Aderat tamen illi, si vis inevitabilis ingrueret, ad resisten=
dum par animus et exercitus: praesertim cum et Stani=
slaus Warszycki, Castellanus Cracoviensis defensionis ejus
partes cum pleraque nobilitate suscepisset. Ergo motis
utrinque copiis, cum rex Lubomirscio ceu aggredi non au=
so e vestigio insisteret, atque ut praeterito anno tristissi=
ma rerum facies, tanto copiarum circuitu, in ipsis regni
visceribus spectaretur: per minorem Poloniam, et vicinos
ei terrarum districtus, scena illa tragica dolenter et pro=
brose traducta, tandem se in majorem Poloniam evolvit,
provinciae illius funesta depopulatione, quae sub illo civi=
li dissidio majorem, quamvis externa hostilitate, devasta=
tionem longissime sensit. Discursus quippe ille, ludusne
dixerim, an jocus, sed vere Sardonius, declinantium et
insequentium, quaqua versus ferebatur, agri, pagi, oppida
gemuere, festinatione mutua, castrisque saepius positis

et mutatis, rapinis et excursione agrestium, quae evitari non
poterat, cum, quod Lubomirsciani non absumpsissent, inse=
cuti eos Regii, velut adesas reliquias, indignabunda fame fun=
ditus exederent. Armiludium certe illud extraxit notabilem
temporis moram: dumque tam moroso persequentium et quasi
fugientium tractu utrisque partibus dedecus et fastidium au=
get: invenit tandem fatalem scopulum suum, ad quem illisum
cruento impetu dissiliit. Respondit quippe confusioni tam enormi
ipse etiam locus ominosus, in lacunas et stagna Crusvi=
ciensia, Matwy dictus, in quem regius et Lubomirscii de=
latus exercitus, castris positis, cum ex adversa ripa consedis=
set, inter aquarum palustria et coenosas illas voragines,
rei gerendae occasionem satis iniquam arripuit, quasi urgen=
tibus fatis et manifeste ostendentibus, quam sit belli civi=
lis infelix conditio et millies detestanda. Hic exspectati=
one illata transvadere regiis copiis visum et Lubomirscianos
aggredi, cum pabulatum distracti et equorum pascuis in=
tenti, ceu minus parati viderentur: qui tamen ex vicinis
castris regiis praemoniti, ab iis, quibus ex vinculo sanguinis
pronior in eos affectus et ex imminentibus miseratio, faci=
le ad signa et ordines suos ad vim arcendam convolarunt.
Superato amne et coenosa illa uligine, regiae cohortes, fa=
cto in Lubomirscianos impetu, pugnam exorsae, strenuos ex
adverso et certamini pares invenerunt. Fit saevus et arden=
tibus odiis exaestuans conflictus: versi in consanguineas acies

gladii, velut in viscera sua profundius iverunt: paricidali
ferro res luctuosa agitur utrinque valido impetu et occursu;
donec Lubomirscianis praevalentibus regii campo submoti.
retro sensim respicere, fugamque adornare, et tandem in
eam praecipitari coeperunt: instantibus Lubomirscianis
loco sane iniquissimo, cum alii vel ferro caderent, vel in
praeceps acti, per obstantes lacunas, aquis palustribus
sorberentur, vel in limo haerentes, etiam manu imbelli, et
a vilissimis confoderentur. Rege interim cum exercituum Du=
cibus ex adversa ripa, luctuosissimo huic spectaculo altius
indolente, qui ut erat ingens animi et ad omne discrimen
paratus, ac pro tunc dolore plane non ferendo exacerbatus,
vix a suis contineri potuit, quin etiam per illos aquarum
stagnantium hiatus perrumperet, subsidium daturus la=
borantibus, cum in oculis suis caderent, vel coenosis pa=
ludibus hausti mergerentur: quibus succurrendi nulla ra=
tio supererat: quamvis grandioribus tormentis bellicis in
Lubomirscianos detonantibus; sed sine noxa: cum jam cam=
po dispersi et late volitantes Regiis ubique instarent, et
jam victores tanto audacius victos insequerentur. Horri=
bile dictu, quanto hic animorum furore, ne dicam, ra=
bie certatum sit, quam uno ictu perire non licuerit,
cum passim interremptorum corpora hiantibus adhuc pla=
gis, frequentatos caesim punctimque ictus, et vulnera

vulneribus superaddita ostenderent, opusque immane civilis
dexterae testarentur, aetati nostrae pudendum, et ad eam us=
que honoris publici abominationem deductum, ut inter lacunas
illas diu post haec, umbras demortuorum et genios posthu=
mos apparere, obversari, ingemiscere sparsum creditumque fu=
erit. Cecidere profecto in hoc tragico actu fortissimi quique,
cum ne gladium quidem evaginassent, in aquis palustribus
deprehensi, nec amplius eluctati, praesertim cohortium desul=
toriarum miles, qui cum Stephano Czarnecio, Palatino Russiae,
heroe bellicosissimo contra Suecos domi et in Dacia, rem diu
strenue agens, victoriarum ejus pars magna fuerat: luctu et
squallore partium regiarum sane gravissimo, nec minori de=
decore, quod florentissimi pars exercitus, importuno loco, et
inconsulto ausu, seu in macellum data, ferro civili, et consan=
guinea manu interierit, quae contra hostes patriae longe
honestius victoria quidem potitus, sed non sine gemitu, ni=
mirum vicissitudinis humanae memor, fraternoque et vici=
no sanguini compatiens, sola defensionis necessitate consci=
entiam solabatur: nec elatus armorum illo successu, re=
conciliationem et veniae locum quaerere desiit. Rex quoque
tanta clade commotus, et iniquum ratus privatas injurias
suas tanta sanguinis effusione et publico damno tam in=
genti persequi ulciscive, ne graviora sequerentur, facilem
se veniae dandae praebuit: ut erat natura mansuetior.

interveneientium procerum suffragio non illibenter admisit,
cum teneriori conscientia pertimesceret, ne forte res injustius
ageretur, et innocentia causae triumpharet. Ludovica certe
regina Varsaviae tum agens, infelici illo eventu graviter ter=
rita, regem maritum per literas convenit, et conjugali fi=
ducia admonuit, ut cum Lubomirscio transigeret, formidini et
probro consulens, decretumque proscriptionis, et sumpta non
ex dignitate Majestatis arma, ex eorum infami exitu, sero
quidem, sed haud tacite damnans. Advolaverat huc gravi do=
lore tactus, et amore patriae zelans Andreas Trzebicki,
Episcopus Cracoviensis, negotiumque reconciliationis, quod et
ante summa voluntate et desteritate egerat, cum aliis Se=
natorii ordinis viris in se recepit. Ergo cohibitis utrinque
armis, pax componi coepta, et ad mutuos tractatus descen=
sum, accelerantibus iis, qui hoc perurgebant, ut et honori
regio et provinciarum indemnitati ac paci publicae quanto=
cyus consuleretur. Amnistia omnium consensa et restitutione
promissa, Lubomirscius regem supplex adiit: deprecatus est
non sine lacrymis, etiam clementissimo regi erumpentibus:
ad osculum regiae dexterae admissus, gratiaeque securus,
modo extra patriam tantisper secederet, et eventum Comi=
tiorum operiretur. Dimisso exercitu Vratislaviam abiit,
amplius in patriam non reversurus: ibi quippe, ut an=
no subsequenti patebit, morte improvisa praeventus, et
causae et vitae periodum clausit.

Porro in Universitate nostra, licet cum Andrea Trzebicio
Episcopo Cracoviensi gravissimae lites coortae, animorum quoque
studia vario distraherent, occasionemque suspectae inter pro=
fessores amicitiae dolenter subministrarent, dum hi pro Uni=
versitate zelare, illi partes Episcopales tueri creduntur: cau=
sa quoque inter Doctores Philosophiae et Bacalaureos
Theologiae de prioritate vocis in electione Rectorum Uni=
versitatis pridem quidem coepta sed tum per delegatos
a summo Pontifice Commissarios judices, ferventius agi=
tata ac tandem Romam devoluta, saepius tamen in electi=
onibus rectoralibus non sine motu et collisione partium
recrudescens, licet tranquillam studiorum faciem intertur=
baret, dignitas tamen Generalis Studii nostri, responsioni=
bus et promotionibus Theologicis floruit, decusque Universi=
tatis adauxit. Responderat quippe satis gloriose pro loco
inter S. Th. Doctores, post Nicolaum Sulicovium, Alber=
tus quoque Papenkowicz, qui non ita pridem Roma adve=
nerat, post obtentam ibi Doctoratus Theologici lauream.
Mense quoque Octobri solenni promotione per Stanislaum
Jurkovium S. Th. Doctorem et Professorem, Praepositum
S. Floriani in Doctores S. Theologiae promoti fuere, ex or=
dine P. P. Carmelitarum calceatorum duo insignes viri,
nimirum Martinus Charzewicz, Prior conventus Are=
nensis in Philosophicis et Theologicis studiis apprime ver=
satus, et ob miram animi comitatem, morumque gratiam

unice dilectus: Marinus quoque Mroczkowski, Concionator
non in patria tantum nostra, sed per Italiam quoque
summe celebris. Eodem anno excepit Universitas nostra
memorabili honore rarum et gratissimum hospitem Reveren=
dissimum Philippum a SSma Trinitate, PP. Carmelitarum
discalceatorum, totius ordinis Generalem, editis in lucem
publicam in Philosophia et Theologia scriptis doctissimis,
de re literaria optime meritum, missioneque Apostolica,
cujus descriptionem typis ipse vulgaverat, per Palesti=
nam, Syriam, Persidem, Indiaeque orientalis citeriores
provincias, zelo convertendarum illarum gentium, et pro=
pagandae fidei Catholicae, sancte et feliciter perfun=
ctum: qui cum ad ordinis sui provinciam Polonam visi=
tandam, regularisque disciplinae vigorem in eo conservan=
dum, Cracoviam advenisset, celeberrimae Universitatis no=
strae visendae gratia, collegia nostra adiit, et patribus et
professoribus nostris, et notabili studiosa juventute hono=
rifice salutatus ac pro tantae personae dignitate habitus,
adeoque illi officiosissimum hoc humanitatis genus gratum
fuerat, ut illud Romae Summo Pontifici Alexandro VII.
relaturum se, monumentisque scriptorum suorum publicis
consignaturum promiserit. Sed laetioribus hisce, circa
mensem Decembrem tristia immiscuit mors clarissimi
olim viri Floriani Lepiecki S. Th. Professoris, Ca=

nonici S. Floriani, scriptis eruditis in poësi et eloquentia
apud posteros magna celebritate nominis victuri, et exinde
quoque partem felicitatis non postremam consecuti, quod ex
laudatissima institutione sua, nepotem suum ex sorore, per=
illustrem Christophorum Sowinski S. Th. Doctorem et
Professorem, Decanum S. Floriani, Philosophum et Theo=
logum aetate nostra cum summis viris comparandum,
Universitati reliquerit.

Annus Domini 1667.

Ad initium hujus anni, qui sane compluribus ex altiori
ordine personis, extremo vitae obitu fatalis exstitit, Georgi=
us Lubomirscius, Vratislaviae mense Januario e vivis excessit
subita paralysi tactus, curisque ingentibus, quamvis sum=
ma animi magnitudine praestaret, tantaque rerum vicissitu=
dine ac mole consumptus, cum vix aetatis annum quinqua=
gesimum attigisset, vir animi dotibus praestantissimis, tot
praeclare bello paceque gestis, et ipsa etiam adversae fortunae
inclementia, maximam nominis celebritatem adeptus, aesti=
matione omnium et auctoritate primarius, amore vero in
se civium et popularitate raro cum aliis comparanda, mens
et animus ad omnia factus, ac ideo invidiae et curialium
malevolentiae tanto magis obnoxius: semper suspectus, ceu
supra aequitatem saperet, et altiora fastigia cogitaret, gra=
vis aemulorum oculis, et Majestati non ferendus. Vices

ejus sub rege Casimiro variae, nunc gratiae favonios, nunc
odii aquilones expertae, arcana quadam vi semper in op=
positum agente: quam etiam Astrologi in oppositam cum re=
ge genesim, si quid talium apud eos observatio valuit, re=
ferebant. Stanislaus quidem Lubomirski, Palatinus Cra=
coviensis, parens ejus, Senator in regno gravissimus, Cho=
cimiciis ex Osmano Turcarum imperatore trophaeis memo=
randus, post Vladislai IV mortem, Joannem Casimirum Po=
loniae tunc principem, ad exotica regna abeuntem, a confini=
is Silesiae in spem regni cum revocasset, cumque eum re=
gie habitum, reque pecuniaria et comitatu instructum, Varsa=
viam pro suffragiis ad regni sceptra conquirendis, ex arce
sua haereditaria Visnicensi dimitteret, Georgium illi fili=
um et aliam prolem suam commendaverat, ut in eam post
obitum suum vices gratiae refunderet: aliter tamen contigit,
et quamvis in Georgium rex postea praecipua honorum orna=
menta congessisset, aestimassetque animi ejus decora, ut mere=
bantur; variavit tamen fortuna, et gratiae obices posuit,
inscrutabili voluntatis Divinae decreto, ut Senator patri=
ae amantissimus et de ea optime meritus, Vratislaviae tan=
dem loco fatali, in quem toties illi patria praeter alios
complures heroicos actus, et digna immortalitate nominis
opera, abstractos a Zwaniec a Cosacica armorum con=
junctione Scythas et partibus nostris adjunctos; Regem Ca=
simirum sub tempus hostilitatis Suecicae, ex Silesia Leo=
polim usque, per submontana deductum; reassumptis fe=

liciter armis, res Suecorum exinde indignari coeptas, et
tandem trans mare suum ejectas; Cracoviam quinque mensi=
um spatio, gravi obsidio cum Suecis cinctam, et nisi Racoci=
us Transylvaniae princeps cum infestis armis Poloniam in=
gressus, arctae obsidionis negotium impedivisset, haud dubie
in manus Polonas concessuram; Ragocium translatis in ejus
ditiones Ungaricas copiis, et justo talione injustae depopulationis,
quam ab eo foedam et atrocem innoxii sustinuimus, e Polonia
revocatum, ipsumque tandem ad Czarny Ostrow, post pactionem
nobiscum, a supervenientibus cum Hano suo sexaginta millibus
Scytharum, seu Divina Nemesi, crudelissimam ejus irruptionem
vindicante, exercitu partim caeso, partim in captivitatem Scy=
tharum abducto, extreme profligatum; Chmielnicium juniorem
cum triginta millibus Cosacorum, Moscho ad Cudnow suppeti=
as ferentem, prudenti consilio et fortissimo ausu praeventum,
atque a Moschis abstractum; Szeremetum Ducem Moschorum
cum octoginta millibus exercitus castris ad Cudnow exutum,
in praedam Tataris concessum, amplissimis ex eo spoliis et tro=
phaeis, Varsaviae in Generalibus regni comitiis, inter Stepha=
ni Czarnecii quoque victrices ex Dolgoruki et Chowancow
Moschorum Ductoribus manubias, triumphali pompa dedu=
ctis; Gallicae factionis pro eligendo Regni successore, vivente
adhuc Casimiro, diu agitata consilia, et jam prope conclusa,
tandem dissipata, votisque suis non potita, quorum evanidi
conatus nocumento illi fuere, quod obstitisset. Omnia haec

praeclara quidem et Reipublicae proficua, ac gloriosa: sed
ob ipsam magnitudinem et celebritatem suam innoxio ca=
piti in offendiculum versa; quod scripta quoque pro defen=
sione ejus vulgata, satis instructo et nervoso vindice calamo
docuere. Funus ejus post aliquot menses magnificentissi=
mo apparatu, numerosoque cleri, procerum et nobilium, ac
virorum nobilitarium concursu ad Visnicensem basilicam
elatum est; corporis ejus exuviis in splendidissimo Lubo=
mirsciorum mausoleo depositis, rescissoque post biennium
in comitiis electionis Serenissimi olim Michaëlis regis, pro=
scriptionis ejus decreto, filiisque ejus per subsequentes re=
ges ad praecelsa regni officia evectis cum Stanislaus su=
premus regni Marschalcus, Hieronymus eques Melitensis,
Marschalcus curiae regni, honoris aviti et paterni sublimia
retinuerint, et cum aliis fratribus patruelibus retineant
gloriose. Secutus brevi Lubomirscium, rebus humanis ex=
emptus, Stanislaus Potocki, Palatinus Cracoviensis, Exerci=
tuum Regni Dux supremus, senio jam prope decrepito, sed
animi vigore heroico, vetustissimae militiae antesignanus,
commilitones omnes suos aetate et usu bellico supergressus,
nativo Potociis militari genio, quorum sanguis et animus, ut
in castris totus, ita absque regimine bellico et clava impe=
ratoria rarus. Meritorum ejus in bellis ingens spatium, a pri=
ma juventa per omne genus hostium, usque ad summa Gra=
divi imperia deductum sub Sigismundo III, Vladislao IV et
Joanne Casimiro Regibus Turcas, Scythas, Cosacos, Moschos

Transylvanos regno infestos infracta virtute sustinuit, donec
post dolendas cum Lubomirscio, regiarum partium vices, et ar=
ma illa ab hostium cervicibus, in caedes mutuas versa, exiti=
ali patriae malo, utcumque composito, curas et ipse mortales,
et bellorum continuos aestus, inter quos senuerat, ad immor=
talia et quietem aeternam, extremo obitu componeret. Successit
illi in suprema praefectura militari, Joannes Sobjeski, Mar=
schalcus regni, et exercituum Campiductor: divina voluntate
per suprema regni officia, jam cum ad regale fastigium dispo=
nente; ejus vero munus delatum est honorifice Demetrio in Wi=
sniowiec et Zbaraz Duci, heroi fortissimo, tot inter continua bella,
diu et strenue gestis: decora haec et Martis Poloni munia, ju=
ste et gloriose promerito. Porro ad Palatinatum Cracoviensem, mor=
te Potocii vacantem evectus fuerat Michaël Zebrzydowski, En=
sifer regni, spectatae virtutis et heroici animi vir, nisi post egre=
gia belli pacisque merita, diuturno articulari morbo confectus,
lectoque affixus, magnitudinem illam praecelsae mentis, usui pu=
blico impendere aegre valuerit. Aestimationem illam meritorum
suorum et gratiam regiam, inter extremos morbi sui dolores,
acceptavit quidem grato animi sensu; sed, ut ipse dicebat, ho=
norem illum et titulum epitaphio suo profuturum: mox spa=
tio quatuor hebdomadarum vix elapso, morte ingruente dimisit:
in celeberrimo deinceps haereditatis suae loco, avito majorum
sepulchro conditus, prole mascula nulla relicta, amplisque pos=
sessionibus per filiarum matrimonia ad Duces Czartoryscios, et
Opalinios devolutis. Post haec virorum senatorii ordinis densata
funera, mors ceu audentior facta, Ludovicâ reginâ e vivis sub=

latâ, thronum regalem invasit. Varsaviae illa morbo correpta,
prout pietatis et bonorum operum amantior, et animo semper
erecta, deficientibus corporis viribus, de animae subsidio sollici=
ta tempestive Christiano ritu ad ultima disponi, et ecclesiae
sacramentis muniri voluit. Dies decima Maji, vitae illius
extrema, vehementi sanguinis eruptione, reginam vero regi=
narum heroinam, regi marito dolenti et orbi Polono abstulit.
Ducum in Gallia Nivernensium et Gonzagarum Mantuae san=
guis illi plane regius. decora vultus et formae gratia, mens
supra sexum heroica, dos opulenta, manus larga, et in usus
publicos effusa. in angustiis patriae et extremo casu mira
animi magnitudo, constantia, meliorum in Deo fiducia, peri=
culorum contemptus, adversorum tolerantia, judicii et consilii
vis muliebrem sensum supergressa, pietas vero in Deum, et
charitas erga proximum insignis, quae Cracoviae et Varsa=
viae horribili peste grassante, maxima vi pecuniae in
illos miseros liberalissime erogata abunde patuit. Vladislao
IV. primum nupta, bello contra Turcas magna mente agi=
tabat: fortunas dotales non illibenter impendit: ingen=
tium illarum cogitationum non absque fomite et suasu, et
postquam obnitente Republica, bellicosissimi regis vota illa
in irritum cessere, hausto licet tantarum opum frustra
impendio, aequanima cum rege marito mente et non minus
erecta. Post cujus obitum Joanni Casimiro fratri ejus fe=
cundis nuptiis ut jungeretur, per dispensationem Aposto=
licam necessitas publica exegit: res tamen ea apud nostra=

tes ominosa habita est, qui patris quoque ipsius Sigismundi
III. geminata cum sororibus Austriacis connubilia vincula, bel=
lis deinceps civilibus, et tot malis subsecutis, ceu infausta ani=
mo reputabant. Ceterum Ludovica calamitosis Reipublicae tem=
poribus, regina vere augusta ostendit arcano Divino principes
dari, servarique imminentibus, quibus ferendis superandisque
parem animum coelitus sortiti, communicatione malorum, et collu=
ctatione cum adversis, populorum vices et jactationem solarentur,
erigerentque fortunam, quam non effugiunt. Obiit nulla prole su=
perstite relicta, sed nominis celebritate praecipua, et aestimatione
ab obitu majori. Unum illud, quod in Galliam suam propensior,
vivente Casimiro, ex principum Condeorum Gallico sanguine, succes=
sorem libero regno destinari impense curaverit, nimiumque volu=
erit, paucis ante obitum annis, aversionem ab ea animorum in=
duxerat, ceu novarum rerum cupida, patriisque legibus infensa,
cardines ipsos libertatis in electione regum peteret, consiliaque
de successore liberae genti undequaque suspecta, mordicus pro=
moveret; quae Sigismundo I.^mo tanti nominis regi post ingentia
in rempublicam merita, licet in filio Sigismundo Augusto, et
quamvis needum tantopere firmata libertate, aegre successerant.
Sepulchralia reginae ad diem 22.^dam Septembris Cracoviae de=
creta, magnificentia vere regali celebrata sunt, principum
externorum assistentibus legatis, senatus, et equestris ordinis
concursu numeroso; Stephano Wyzga, Episcopo Luceoriensi, pro
rostris funebribus summa eloquentia perorante, sed panegirum
illam funebrem typis postea vulgare non auso: postquam illi ad
exequias reginae ab Universitate nostra ad aedes D. Annae more

solito institutas, humanissime invitato, viri clarissimi Martini
Winkler, sub id tempus oratoris Syliciani, Canonici dein Cra=
coviensis, oris facundi gratiam et laudationem funebrem, sty=
lo plane sublimi et exquisito scriptam, dictamque et praelo im=
pressam, audire legereque contigit, quod Wyzgam ipsum coram
Fredro Castellano Leopoliensi, amico suo ingenue fassum consta=
bat. Certe regi Casimiro exequias illas, apparatu et tanto ora=
tore celebres, gratissimas fuisse, intimiores ejus retulere, prout
et in pompa funebri cum Universitatis faciem vidisset, pergra=
tum habuit. Nam cum podagrae doloribus vehementer confli=
ctatus, deducere funus reginae ex aedibus S. Floriani, ubi
tumba regalis deposita fuerat, praesertim coenoso nimium ob
crebras tum pluvias itinere non potuisset: sella gestatoria ex
arce delatus, in platea, quae Canonicorum dicitur, subsisterat,
in domo aciali Remigii, olim Remiszewski, scholastici Cracovi=
ensis, tantisper expectans, unde e vestibulo patentis atrii, o=
mnem illam religiosarum familiarum, clerique totius seri=
em, et quidquid loculum reginalem, splendide delatum, ante=
cedebat, commodo spectaret. Hic ergo cum ad Universitatis
professores ex ordine solito, et ex Sigismundi I^mi decreto, ante
cathedrales basilicae Cracoviensis Canonicos, immediate cum
suo Rectore incedentes, ventum fuisset: Rex tanto attentius
omnia contemplatus, praecedentibus bedellis cum sceptris
Academicis, incipiendo a Philosophiae bacalaureis, et tot
professorum et doctorum ex omnibus facultatibus pro=
tenso illo et numeroso agmine, a venerabili togarum ha=
bitu viso, re illa apprime delectatus, multum se Universi=

tati debere dixit, quod funeri reginae tantum ornamenti addi=
derit, quantum ille animo neutiquam concipiebat, cum ei Aca=
demici Senatus consessum intueri nunquam antea contigisset: qua=
li utique gaudet studiorum haec generalis mater, vel ex eo
etiam diligi aestimarique digna, quod stirpe Jagellonum mascu=
la deficiente, sola quasi tanti nominis et sanguinis memo=
riam, fundatione perenni conservaret. Importune quoque in eo=
dem funere Magistratus Cracoviensis cum Universitate nostra
vetus, sed jam sopita de loco incedendi concertatio mota fuerat:
proconsule et consulibus urbis toto illo spatio, quo ex suburbio
Clepardiensi ad arcem usque funus deducebatur, saepe et
varie tentantibus, ut Capitulo Cracoviensi locum viciniorem
obtineret. Verum nostri hac in re circumspecti, et loci sui re=
tinentes, firmiter ut obstitere, qui cum id evincere non pos=
sent, ut tamen aliquid lucrari viderentur, ex altera platea=
rum parte collateraliter incedebant, donec Marschalcus Curiae
regni Branicius, qui tum ordinando funeri praeerat, Joanne
Sobiescio supremo regni marschalco contra Scythas in Podolia
excubante, re ex nostris cognita, minaci caduceo et vultu eos
antecedere jussit, ordinemque Academiae non impedire. Ita pudore
suffusi, nec jam se amplius immiscere ausi, aedes quasdam
in platea Canonicorum subiere, Universitate juxta locum et
ordinem suum usque ad basilicam arcis Cracoviensis proce=
dente. Non dissimilis etiam controversia inter cathedrales Ca=
nonicos Gnesnenses et Cracovienses orta tum fuerat: prae=
cedentibus tum Canonicis Gnesnensibus, se Archiepiscopo

suo Nicolao Prazmovio sacra funeralia celebranti propiores
adsistere debere: Canonicis Cracoviensibus contra allegantibus
ad Episcopum suum Trzebicium, qui tum gravi morbo decumbe=
bat, tantum ad locum funeralia pertingere: abierantque ex ordine
processionis in urbe funebris Canonici Cracovienses, donec tan=
dem circa ecclesiam collegiatam Sanctorum Omnium res com=
poneretur, binique et bini conjunctim incederent. Haec dum Cra=
coviae circa reginae funeralia aguntur: auxerat luctum et
squalorem nuntius a Joanne Sobjescio Marschalco regni et exer=
cituum Duce ad regem missus, qui eum de Scytharum irrupti=
one in Podoliam certiorem faceret, non sine formidine et periculo
gravi. Sexaginta quippe Scytharum millia oris illis cum Sultano
suo infusa, Exercitum nostrum cum Duce Sobjescio, pro regni se=
curitate illic agentem barbara multitudine prope circumfude=
runt, nisi strenuus et prudens vim ingruentem haud se posse
sustinere intelligens caute ad tutiora se recepisset castris po=
sitis in Podhayce ditionis Pociorum hæreditariam sedem
arce et oppido munitam, aggeribusque ex arte militari circum=
vallatam. Hic nimbum illum Scytharum horribili procella
incumbentem diu egregia nostrorum fortitudine et invicta
virtute distinebat crebris eruptionibus, et atroci saepe
conflictu: Scythis ad munimenta quidem valli subeunda et
oppugnanda minus idoneis, urgentibus tamen et undequa=
que infestis: aliis vero ad praedas agendas in loca vici=
niora effusis, ferroque et igni omnia complentibus, ab=

acto pecore et captivorum ingenti numero, ut in Tauricam
ducerentur. Tanto exercitus discrimine et Podoliae malo ad
regem et senatum delato, qui tum Cracoviae frequens ob fu=
nus reginae aderat, deliberatum serio sed sero, quomodo
Duci periclitanti cum exercitu subveniri posset. Verum non
suberat ratio succursus tam expedita, quam tanta necessitas
exigebat: quin non defuere ex Senatu, et quidem altioris or=
dinis, qui rem non adeo formidandam censerent, nimirum Scy=
thas praeda et captivis contentos rursum ad sua redituros,
cum alii ex Senatu altum ingemiscerent, quod orae illae mi=
serae continuis Scytharum depraedationibus expositae, nul=
lum sui respectum vel compassionem si non fraternam, sal=
tim Christianam invenirent. Sed gnarus consiliorum nostro=
rum Sobjescius post vim Scythicam diu ex adverso fortiter
sustentatam, longiori provinciarum illarum devastationi, et
sibi consulens, maluit rem cum Scythis componere atque
pacisci, quam expectare subsidia nequaquam adfutura, ne=
glectu solito et oscitatione dolenda, quae et ideo vicini Ucä=
legonis ardentia tecta non curat, quod adhuc sua non flagrent,
brevi funestis ignibus corripienda. Hac offa utcumque con=
tenti, recessere Scythae, Duce cum exercitu gravi obsidio ex=
empto; Zlotnicioque ex lorica^{ta} Lubomirscii equitis Melitensis
cohorte, viro forti et bene merito, nunc pincerna regni, pro
obside accepto et in Tauricam ducto: qui donec conditio=
nibus pactorum satisfieret, gloriosum pro patria carcerem
magna animi virtute sustinuit: aegre tandem universo

prope exercitu apud Rempublicam instante ex illa Scythica
detentione liberatus. De abscessu Scytharum Regi Casimiro
postquam innotuit, inter orbitatis suae et podagrae dolores
nonnihil exhilaratus, ne terrestri itinere fatigaretur Varsavi=
am secundâ Vistulâ abiit, jam tum animo futurae abdi=
cationis meditamenta volvens, curarumque pertaesus, qua=
rum pleraeque non successerant, aut quamvis successissent,
jam radicata nonnullorum malevolentia, identidem carpeban=
tur, cordolio regali, et magno ad ea impulsu, quae dein=
ceps anno sequenti evenere.

Annus Christi 1668.

Memorabilem abdicatione regia annum funestavit inprimis
mors Joannis Wielopolski Palatini Cracoviensis, qui Varsaviae
vita functus in vestibulo templi Fratrum Minorum de obser=
vantia, quod illis pia liberalitate visendum inibi et magnificum
struxerat, raro humilitatis exemplo sepeliri voluit, absque ullo
funebri epitaphio sola hac inscriptione contentus, qua petiit, ut
qui templum ingrederentur, pro peccatore orarent. Haec animi
demissio testata est pietatis ejus et conscientiae arcana, soli Deo
nota, quae circa ultimum mortis agonem saepe apparerent, exi=
tuque hominis acta probarent. Vir sane fuerat vetustissima ex To=
poreis Starzarum progenie oriundus, consilii et judicii magni,
prudentiae singularis, belli pacisque artibus exercitus, fortunas=
que domus suae, quas per haereditatem minores acceperat, red=
diderat industria et moderatione satis magnas, et opulentas,

quibus tamen pro bono publico non pepercit, praesertim in
legatione ad Leopoldum I^{mum} Imperatorem, auxiliares copias ab
eo contra Carolum Sueciae regem, et Ragocium Transylvaniae
principem nomine regis et Reipublicae implorando, quae tan=
dem in summa illa regni nostri necessitate efficaciter impetra=
ta fuere. Successit illi in Palatinatu Cracoviensi, Alexander co=
mes in Wisnicz Lubomirski, supremus stabuli regni praefe=
ctus, senatoria hac curuli ob eximia in rempublicam merita
jam olim dignus, nisi sors ei adversa, quae regem Casimirum
cum Georgio Lubomirscio, fratre ipsius infelici illa exagitatione
commiserat, obicem posuisset.

At rex Casimirus post obitum Ludovicae reginae, quae ani=
mo meditatus fuerat, et sponte sua et persuadentium impulsu,
circa abdicationem regni magis magisque agitare et perurgere sta=
tuit. Non praecesserant quidem illa in regibus Poloniae exem=
pla, quae sequeretur: sed exstitere plurima apud alias nationes,
praesertim omnium Caroli V. Caesaris, qui biennio, antequam e
vivis excederet, imperio Romano et Hispaniae regno se abdi=
caverat, curis quidem et sceptris imperii in Ferdinandum I^{mum}
germanum suum translatis: Hispaniae vero regno et Belgicis
provinciis Philippo II filio suo relictis, cum ipse deleto apud
Hieromyaminos, celebri in Hispania loco, ut, quae aeternitatis
fuerant, serio et tempestive ageret, pietatis et operibus, et
praeparationi ad ultima totum se dedisset. Casimirum certe
regno post Vladislaum IV. inter Cosacoscythica discrimina suc=

sceptro, inter continuos armorum hostilium fragores et sangui-
neos totius conflictus, inter amissi prope regni, Sueco in-
gruente, spes conclamatas, inter seditiones militares adeo va-
lidas et raro visas, inter perpetuo suspectam apud suos,
quamvis innoxie, animi erga patriam, pro qua mori etiam
voluit, propensionem; et de aliis, quae secus evenerant, si-
nistra judicia: post indignam denique majestate regia cum
Lubomirscio, geminaque clade accepta dolendam catastrophen,
curarumque regni pertaesum, casibus variis et vicissitudini-
bus exagitatum, morbis et annis gravatum plurima im-
pellebant, ut daret aliquod spatium justo respirio, et ani-
mum ad ea, quae aeternitatis fuerant, recolligeret: sed ad
abdicandum regnum vix ea forte efficacia fuissent, nisi qui
pro eligendo ex Gallis successore regni laborabant, hac ratione
sperassent, consilia sibi facilius successura, quae tandem, ut
postea patuit, in irritum cessere. Dehortatus est quidem Ca-
simirum Clemens IX. Pontifex Maximus, qui tum Ecclesiae
Dei ex Rospiliosorum familia praesidebat, datis ad eum
Apostolicis literis affectus paterni plenissimis, ut proposi-
tum abdicandi regni mutaret, donaretque mentem illam
bono publico, qua id exequi intendebat. Casimirus proposi-
ti sui tenax, gratiis actis Pontifici, prudenter respondit,
atque intentum suum excusavit, declarans, se id facere velle,
quod animae suae saluti conduceret, et bono publico non ob-
esset. Ergo meditamenta sua, ne lapsu temporis, ut fieri so-

let, sensim informarentur, et tandem evanescerent, maturan-
da sibi cum decrevisset, convocato Varsaviam Senatu, et
nunciis ex nobilitate provincialibus, rem multis primo vix possi-
bilem, deinde ut processerat, vario sensu acceptam, aggressus
est. Convenere ad rei novitatem frequentes, animoque suspensi
utpote quae a majoribus suis non audierant, aetate sua visuri: quo-
rum tamen pars magna fuerat, qui propositum illud undecumque
exortum improbabant, movebantque capita sua, seu id in gentis
nostrae proprium fieri destinaretur, quod nimirum Poloni, sive
nimia libertate, sive regum majestatis irreverentia, morosoque
obsequio usque ad fastidia regnandi principes suos inducerent.
Aderat tandem dies perficiendo huic negotio constituta, qua Ca-
simirus rex in Senatum veniens, thronumque regalem conscen-
dens praefatus aliqua de magnitudine curarum regni, de ca-
lamitosis patriae temporibus, a se usque ad vicesimum regni
annum toleratis, de fracta tot adversis, et annis consumpta
valetudine, valedicensque Poloniae suae, cui libenter sanguinem
et vitam impendisset, atque exoptans, ut sub eo, quem in regem
eligi divinitus statutum est, feliciora evenirent: finita ad extre-
mum non sine lacrymis allocutione illa, coronaque augusta ca-
piti suo detracta, capiti illam Nicolai Prasmovii Archiepiscopi
Gnesnensis et Primati regni imposuit, ut ex lege patria vices,
et curas regni eousque sustineret, donec liberis suffragiis rex
alius eligeretur. Actus hic heroicus quidem, sed insolitus, ipsum
etiam Archiepiscopum, quamvis rei conscium usque ad lacrymas

perculit aliis partim attonitis, partim quoque illachrymantibus, plerisque pro animi levitate et malevolentia rem sarcastice car=
pentibus. Ceterum prudentiores, et qui altioris consilii fuerant, ex consideratione eorum, quae mutationes has subsequi solent, haud frustra ingemuere

Bellum quippe Turcicum ingens et formidandum, quod tum patriae cervicibus, si in Casimiri tempora incidisset, vel obviare illi efficacibus remediis et legationibus, vel ne Cameneco potiretur hostis, occurrisse in finibus patriae, vel in Dacia, unitis adhuc civium animis et fortitudine solita potuisset. Sed de his serio dein=
ceps ex eventu judicatum est, cum flagella divina juste nobis inflicta et destinato tempori servata, humanis consiliis non subjaceant, habeantque decretorios dies suos, quibus ea exe=
qui Divinae ab aeterno voluntati placuit.

Porro Casimirus regali munere jam perfunctus, et sola no=
minis et gestorum suorum majestate contentus, cum pensionem sibi centum millium florenorum annui reditus, spondente Republi=
ca, ex bonis regalibus providisset, quae tamen postea non re=
spondit; cumque abdicationis suae fama orbem Christianum et hostes ipsos attonitos reddidisset; ipse tandem Varsaviae composi=
tis delectisque, qui se in Galliam, quo secedere decreverat, co=
mitarentur, Cracoviam venit, in qua aliquamdiu commoratus, dum iter apparat: Polonia, in qua regie natus et educatus rerumque potitus, diademate regali, et tot victoriis corona=
tus fuerat, ad ultimum relicta, in Galliam perrexit, multo=
rum admiratione, quod ad gentem illam quietis gratia incli=

naret, apud quam triennalem aliquando carcerem, regnante Ludovico XIII Galliorum rege, artibus et protelatione Armandi olim Richellii Cardinalis, regisque Galliae primarii ministri, immerito quidem passus fuerat: sed magno Vladislai IV cordolio, et gentis nostrae probro.
Plurimi convenientius fuisse censebant, si Casimirus locum aliquem pietate insignem et penes asceticos viros, Christianae recollectioni idoneum delegisset, in quo curis aeternitatis, abdicati regni curas se posthabere declarasset. Sed hosce varios sensus excitaverat rei novitas, quae tandem sensim defervescens, recentiorum successu, et admirationem et novitatem exuit. At devolutae ad Archiepi=
scopum uti Primatem et viceregem, vacantis regni curae, tum demum apparuerunt, quantae fuerint, et quam fesso principi one=
rosae. Par nihilominus illis ex dignitate ferendis magnitudo animi et prudentia fuerat Prazmovii, per summa negotia diffi=
cillimis reipublicae temporibus et per omne genus officiorum publicorum ad sedem Primatialem progressi: qui ut internae et externae securitati provideret, communicato cum primoribus regni consilio, ad omnia, quae interregni tempore observari ex instituto Reipublicae debent, mentem serio advertit. Militares copiae per Duces utriusque gentis exercituum, in confiniis contra hostilia molimina excubare jussae: indicti conventus nobilitatis. Instituta forma judiciorum ex confoederatione, quam Kaptur appel=
lant, de Comitiis electionis, et eorum tempore deliberantium men=
tes, et artes Candidatorum eligi ambientium exploratae, et re=
media, quibus iis occurri posset, opportune praeparata, ex qui=
bus omnibus, quae deinceps rerum facies subsecuta sit, Annus sequens ostendet.

Annus Domini 1669.

Orbata rege suo, et quidem exemplo apud se inusitato, sceptris a
Casimiro libere positis, sollicite agebat Polonia, ut rebus suis sta=
tus praesentis consuleret, et ad futuras promiscua illis praepa=
ramenta disponeret. Instabat quippe post regiam Jagellonum
stirpem in Casimiro deficientem nullamque prolem ex connubio ejus
cum Ludovica relictam, imminentis electionis, adhuc Casimiro re=
gnante, jam intricata difficultas. Satagebant vicini principes,
pro suo quisque commodo, ut ex voto illis ea res cederet, quae
jura vicinitatis tangebat. Volitabant per Poloniam non ru=
mores tantum, sed et nummi, cumque ad aheneam Danaës
turrim Joves ipsi, ut ea potirentur, aliter non possent, in
aureae pluviae guttis descendebant, civium liberos animos jam
ante praeparatos, cives ipsi inter se liberi, susceptos habebant.
Nobilitas praesertim, vim potentiorum metuens, et, quo colli=
marent, subodorata, ut pro libertate electionis tanto firmi=
us uniretur, remedia et consilia, raro quidem usitata, sed effi=
cacia, generalis per provincias confoederationis, unanimi
studio renovavit. Instituti proinde non tam singulis Palati=
natibus, ut fieri solet, sed pluribus insimul ad provincialia
comitia spectantibus, ac in unum congregatis, generales
nobilitatis conventus: prout in minori Polonia ad Corci=
nensem conventum, quatuor simul Palatinatus, Craco=
viensis nimirum, Sandomiriensis, Lublinensis, et Belzen=
sis convenere. Praeerat illis cum potestate Marschalci

Dux in Klewan Czartoriscius, Succamerarius Cracoviensis,
Praefectus Lanchoronensis, morum comitate et animi modera=
tione omnibus gratus, nec consiliorum directioni impar: in qui=
bus nova consultandi ratio, et res tanti momenti, insignem ani=
mi prudentiam, dexteritatem agendi, et auctoritatem personae
requirebatit. Deliberatum hic frequenti consensu, et magno ani=
morum pro libertate zelo, de iis potissimum, quae non ex vano
ferebantur, libertati in electione noctura, et quasi jam in animis
Senatorum, praesertim Gallicae factionis, in legum patriae prae=
judicium destinata. Plura tamen auxerant conjecturae quaedam
nimium suspicaces, et incertae ab iis scilicet subtilitate politi=
ca inventae; quos vulgo Statistas barbaro quidem Latii voca=
bulo, sed ex complacentia eorum, qui sibi in arcanis Reipubli=
cae Epidaurio serpente cernere acutius viderentur, jam inter
usitata recepto: forsan ex mente Taciti, verbis magnificos,
rerum inanes vocant. Tritones isti regnorum et Vertumni fla=
bella sunt motuum et publicae malaciae Aeoli, nubeculam
quamcumque praetensae opinionis captantes, ut consiliorum
mare placidum exagitent, atque ut spirare ex alto, conjice=
reque de rebus et loqui ceteris inscrutabilia aestimentur. Ab
his novae politicae ampullatis magistris, semperque aliquid
in abscondito et sub cortina profitentibus ac loquentibus
secreto cum Aegeria sua Pompilius, procedunt illa evanida
et in faciem speciosa commenta, rumorumque crepitacula, qui=
bus novarum rerum avidus perstrepit orbis, consiliorumque

senacula innoxie fatigentur, dum composit, dum composita ad
famam magniloquentiae veris et solidis contraire allaborant;
opportunitate temporis miserum in modum elabente, quae in
agitandis decernendisque melioribus utilius et felicius colloz
carentur. Non defuere et tum Argi isti, plus videntes, quam
necesse sit et expediat, cum nihil videant, distinuerum consiz
liorum processum vociferatione importuna, timentes, ubi non
erat timor, nimiumque valentes, quod velle cum moderatione
atque cum grano salis ut dicitur, justum et proficuum erat.
Postquam vero deferbuerant haec et prudentiorum aequanimiz
tate composita sunt: successere pacatiora, et ex usu praesenti
sapienter decreta. In id tamen per omnes provinciarum conz
ventus, communibus suffragiis itum est, ut in futurae electionis
comitiis non jam tantum per nuntios terrarum, sed in subsiz
dium liberae vocis, et ad omnem imminentium cautelam, viz
ritim omnes in campum electoralem juxta Palatinatus suos
descenderent, ne quid in eo Respublica detrimenti patiatur. Ita
placitum, ita decisum et obfirmatis ad id animis ex consilio
discessum.

At ubi constitutum electioni tempus et per regni Primaz
tem evulgatum est, arrexere aures, et erexere mentes ii, quoz
rum intererat, vel numerari inter Candidatos, vel pro iis apud
Rempublicam agere. Opportune tum Andreas Olszowski, Episcopus
Culmensis, Procancellarius regni eloquio et calamo validus, juz
dicio summus, atque in noscendis bonarum mentium dotibus
felix, ita, ut in perstringendis supinis Endimionibus acer,

certe in iis, qui regnandi artibus egregie vel secus pollebant,
digito veluti monstrandis expeditus, augustum opus, censuram
nimirum Candidatorum typis ediderat, ut in ea, ceu in animoz
rum speculo, internae et externae facies, ad regnum quales fuez
rint, concurrentium ex amussi dignosci possent; et quid rebus
praesentibus apprime conduceret, sine illa admissione judicari.
De Moscho, Gallo, Neoburgico, Lotharingo, Piasto et de aliis
satis prudenter et exquisite in hac censura actum, multaque
hac occasione in lucem producta, quae et pluribus aliis occasiz
onibus et Reipublicae negotiis unice prodessent. Nihil in ea daz
tum fuco, affectui, pompae aut versipelli Machiavelismo: canz
dide, solide, veridice, et ex ipsis rei visceribus omnia eruta
ac ostensa, ex quibus vicinarum gentium et propensionum in nos
minus gnari, serio et sufficienter informarentur. Jacta quoque
fuerat in hoc scripto laudatissimo de eligendo Piasto non obscuz
ra eorum semina, quae postea in electione Ducis Michaelis
Visniowecii in adeo copiosam votorum pro eo succreverant
messem. Prodierant eodem tempore et alii pro Candidatis
ad regnum, et e contra, breviores calami censorii partus;
sed minoris pretii et ingenii, satyricique potius et dentati,
quam solidi et efficaces. Quin et ipsam Olszovii censuram
adeo exasciatam, et pro ipso vero tripode depromptam, non
nemo pruriens sciolus carpere ausus, pro parte Neoburgica
cui affectus fuerat, chartis aliquot vernaculo idiomate editis, spuz
mas turbidi ingenii procaces despumavit, sine affectu quidem,

sed non sine prudentiorum risu, quod praesumpserit infelix na-
nus aggredi gigantem. Volitantes isti ex conflictu ingeniorum, qua-
lescumque fuerint, animorum tamen proditi sensus, disponebant
futurae electioni intentos et sollicitos pro libertate cives, qui ex
hac diversitate sensuum meliora eligentes formabant, quae dein-
ceps in publica facie pro bono patriae sentirent.

Ventum tandem ad comitia electionis Varsaviae per Prima-
tem regni Prazmovium, in loco campestri solito, juxta leges pa-
trias indicta, magno Senatorum et equestris ordinis concursu, qui
postea rarissimo exemplo prope, ut dicebatur, ad centum millia ex-
rum, qui ex Palatinatibus viritim descendebant, et proceribus re-
gni jungebantur, excreverat. Penes Archiepiscopum uti interregni
tempore vice regem, comitiorum potestas, et in Senatu auctoritas,
jusque in regis nominatione. Porro equestris ordinis pro Directo-
re suo, ut vocant, Mareschalco, libera suffragia inter duos praeci-
pue versabantur, nimirum inter Stanislaum Lubomirscium, Prae-
fectum Scepusiensem, et inter Felicem Potocki, Praefectum So-
kaliensem, praevaluissetque Lubomirscius, nisi Potocio sanguine
sibi juncto vota pro se data, libenter et ultro donasset. Tantae
igitur molis opus, Primate Prazmovio et Mareschalco Potocio
à praeliminaribus coeptum multa quae in consultationem veni-
bant, discutienda prius adinvenit, antequam ad ea, quae electionis fu-
ere pervenisset. Resissa inprimis auctoritate Comitiorum, Georgii
olim Lubomirscii, supremi regni Mareschalci et Campiductoris
innoxia proscriptio, restitutusque in integrum tanto nomini et
sanguini honos. Sancita deinceps plurima ex usu reipublicae;

obviatum artibus, et machinamentis liberae electioni contrariis:
auditi principum externorum, et qui pro Candidatis ad regnum per-
oravere legati, utque ex numero Candidatorum Gallus excluderetur,
magno et unanimi zelo atque minacibus ad extremum instantiis actum
et perfectum. Ex Candidatis externis, qui validius concurrebant,
duo potissimum fuere, nimirum Dux Neoburgicus, et Carolus
Lotharingiae Dux: ille Jagellonicae stirpis sanguinem, et conjuga-
libus cum eo vinculis, pro impulsu ad concurrendum adferebat:
domus quoque Neoburgicae claritudinem opes et innexos sanguini
huic tot per Europam principes; profuturamque Poloniae et pa-
rem magnis rebus agendis potentiam. Hic vero vetustissima, atque
regali Ducum Lotharingiae origine insignis, minoris quidem
fortunae, sed generosissima indole maxime suppar, in flore ae-
tatis, magnitudine animi, comitate et affectu in gentem nostram
eximio gratiosus: ex bellicoso Sarmatiae nostrae genio ad res Mavor-
tias natus, totque experimentis in exercitu Imperatis probatus,
ut postea patuit, tot victoriis pro Caesare Leopoldo ex Macho-
mete IV Turcarum Imperatore in Austria et Pannonia glorio-
sus. Obstabat Neoburgico proles numerosa, gravis regno futura:
Lotharingo res domi angustior, solis nonnisi patrui Ducis Lotha-
ringiae promissis innixa, obligatusque domui Austriacae animus,
quem nostri ab hujusmodi dependentia liberum omnino volebant.
De Piasto, sub quo nomine ex indigenis rex libere electus intelli-
gitur, res adhuc quasi suo silentio tenebatur, magisque id optandum,
quam sperandum in aequalitate videbatur: cum tamen pro Michaele
Duce Visniovecio sermones identidem erumperent, rursumque velut
sub nube quadam obtegerentur, sensu et expectata votorum

coronide, orbem attonitum redderent.

Dato post haec loco et tempore audiendis principum extra=
neorum legatis destinato, primus ex iis, prout res postulabat,
splendidissimo senatorii et equestris ordinis decem prope mil=
lium occursu Marescottus Clementis novi Pontificis maxi=
mi legatus in faciem Comitiorum introductus est, qui magnificen=
tiam illam vix alibi, in campum electoralem venit, locoque
honorificentissimo consedit: nomine Pontificis paternum ejus
erga gentem nostram affectum gravi et luculenta oratione testa=
tus est, insinuavitque Pontificem id velle et optare, ut Rex
Catholicae fidei cultor et assertor Ecclesiae et S. Sedi Apostolicae
addictus, toti Christianitati proficuus et hostibus ejus formidan=
dus, Divina accedente et Apostolica benedictione communibus
ordinum regni suffragiis eligeretur: cui ex dignitate tantae
Sedis, responsum, gratiaeque actae summo Pontifici, quod visce=
ribus plane patris eam gentem amplecteretur, atque pro ea
sollicite ageret, quae contra barbaras gentes pro tota Christi=
anitate in armis excubat, nec unquam Regem alium sceptris
suis admovit, nisi qui et ipse Catholicus et Catholicae fidei
assertor, Ecclesiaeque Dei et S. Sedis Apostolicae propugnator
zelantissimus, hostium vero ipsius acerrimus expugnator fuisset,
quod ut et in hac electione feliciter eveniat, omnibus cordi
esse Sanctitas sua non addubitet: quinimmo, quod a majori=
bus nostris sancte et constanter observatum est, id posteros
quoque eorum illibata fide et mente immota observaturos,

certo sibi

certo sibi polliceatur. Responso in hunc sensum accepto,
Mareschalcus legatione sua perfunctus, et tanta Sacrae
sedis Apostolicae observantia laetus, eodem magnificentissi=
mo splendore, quo in campum electoralem venerat, deductus,
rursus ad usque Palatinum suum reductus abiit. Romani
deinde Imperatoris Leopoldi legato exhibiti honores, qui
pro jure vicinitatis, felicem electionis successum genti no=
strae Imperatoris sui nomine precatus, pro Carolo Lo=
tharingiae Duce, ut fasces Polonos consequeretur, prae=
claris ejus dotibus commendatis, et pro re Christiana
meritis, non obscure intercessit. Introducti postea et
alii, atque honorifice sunt habiti, Neoburgicus pro Duce
suo satis diserte, oratione seria et eleganti, quae praelo
quoque impressa prodierat, in facie Reipublicae perora=
vere, omnibusque justa gradum dignitatis, et justa id,
quod postulabant, responsis convenientibus satisfactum.

Fervebant interim in campo electorali diversa pro
candidatis regni studia: distrahebant animos importu=
ni opportunique sermones: multi non tam proprio motu
et suasu nunc hunc, nunc illum praeferebant; ad Neobur=
gicum plures ex Senatu, quum nonnulli ex illis Gallum
maluissent, ad Lotharingum potiores ex equestri ordine
propendebant. Omnibus ex mora taedium, et impensae
graves, praesertim iis, quibus res angusta domi, longe
angustior in tantae multitudinis confluxu fuerat, pro=
ductis usque ad Junium mensem comitiis. Inde murmur
et fremitus, atque inconditi circa curiam senatoriam stre=
pitus

pitus, voces et improperia, potissimum in viros senatorii
ordinis jactata, contra quos tota animorum commotio,
quasi rem inconsulto morarentur, artibusque variis tempus
extraherent, ut ii, qui ex equestri ordine ingenti sane nu=
mero convenerant, tandem concepta ex consiliorum tractu
nausea, sumptibusque exhausti dilaberentur. Auxerat fa=
stidiosam impatientiam et exacerbationem publicam in=
cendium, quod Varsaviae, incertum, an fortuito, an ex ra=
pinarum cupidis tanto horribilius, quia noctu, eruperat,
damno plurimorum gravissimo, expilatione mercium et in=
stitutorum ruina, concitantibus ad illud, ex tanto procerum
et nobilium famulitio hominum, rapacissimis, non ut flam=
mas restinguerent, sed ut absorberent fortunas periclitanti=
um, caedibus etiam non abstinentes, si quis diripientibus ob=
stitisset, atrox illa res et horrore tenebrarum magis magis=
que aucta, in illa densissima concurrentium nube, platea=
rumque civitatis satis per se angustarum coarctatione, ae=
que igne voraci, ut et tumultu misero et fortunarum stra=
ge flagrabat, ominosaque videbatur, quod inter tanti nego=
tii curas accidisset, timentibus, ne idem aestus animos
corriperet, qui in tecta et civium bona saeviit. Grave da=
mnum eo incendio et periculum subiere quoque nostri ex
Universitate cum Alberto Dazenhovio S. Th. Doctore et Pro=
fessore, Custode S. Floriani ad comitia electionis delegati,

quibus horribilis illa nocturna confusio, dum reculas suas
salvas esse volunt, et jam jam imminenti conflagrationi subtra=
hunt, violentas prope manus injecit, Joannemque Rudzki, egre=
gium olim Professorem, circa id satagentem, et contumeliis
et damno afflixit. Sedato civitatis incendio, animorum aestus
non resedere: quin immo gravius exaestuantes, clamoribus et
minis impleverant comitiorum faciem, nec defuerunt bombar=
darum quoque periculosae explosiones, poscentium et perur=
gentium, qui vino quoque madebant, ut negotium electionis
quantocyus acceleraretur. Quare ne graviora succederent, et
res ad majorem violentiam cum discrimine consultantium
deveniret, visum est ad suffragia per Palatinatus danda
more solito descendere, recesseruntque Senatores ex consensu
suo ad ea loca, quae illos in Palatinatibus suis concerne=
bant, circumstante undique valida et numerosissima eorum ma=
nu, qui eventum rei avidissime exspectabant. Inter Neobur=
gicum et Lotharingum tota deliberandi ratio, cum de Piasto
quoque nonnulli serio quidem, sed in arcano cogitarent. Pri=
ma in Palatinatu Sandomiriensi honorifica Piasti, et qui=
dem Michaëlis Ducis Visniovecii mentio facta est, post=
quam res omnino admiranda , et soli nonnisi inspirati=
oni et ordinationi tribuenda successit. Vix quippe id a Pa=
latino brevi allocutione inductum, ad suffragiorum calcu=
los venerat, mox plausu magno exceptum, miroque dein=
ceps consensu approbatum, animos eligentium ita pervasit

ut passim in nomen Michaëlis audiri voces et sententias,
invalescere acclamationes, evulgarique animorum sensus
coeperunt, ipso Duce Michaële, qui tum in Palatinatu
illo daturus cum aliis quoque concivibus, vix sellae di=
midiae cum alio innixus, praesens aderat, ob inexspecta=
tam sui mentionem prope in stuporem abducto, cum inte=
rim vota procederent, quae cum ad alios Palatinatus
pervenissent, quamquam in diversos sensus distracti va=
rie inclinabant, ad nomen Michaëlis subito quasi afflatu
mutati, eum poscere, inducere, deperire, totiesque ingemi=
nare, ac ultimo decernere, ipsi etiam in seipsis attoniti,
plausu undique personante, auditi sunt. Consensui tanto
resistere, contraire votis, impedire acclamationes haud erat
possibile; quin immo sequi eas, etiam nolentibus et ali=
ud sentientibus expedire visum est, cum in re adeo pro=
digiosa, divinum aliquid intercessisse, nemo non reputaret.
Nominatio sola regis jam electi restabat, quae ad Prima=
tem regni pertinet, qui tum forte an consulto ex campo
electorali discesserat; sed cum millies ac millies ingemi=
natae voces studio ingenti nominationem urgerent, missi
ab Episcopo Cracoviensi Trzebicio, qui Primati Prazmovio
persuaderent, ut in faciem Comitiorum descenderet, si jus
nominationis retinere et tantae rei finem optatum im=
ponere

ponere vellet. Prazmovius, ut erat Gallicis rebus addicti=
or, nominationem illam, quam subodoratus jam fuerat, mi=
nus quidem gratam habuit; sed tempori et necessitati ob=
temperare doctus, ad nominandum regem propere veniens,
requisito, prout moris est, iterum ac iterum et tertio un=
animi omnium consensu, cum voces undique concordes perso=
narent, Regemque nominari poscerent, in publico illo cen=
turiatorum conspectu, Michaelem Ducem Visnioveciúm,
in Regem Poloniae electum nominavit: subsecutus exinde
faustis acclamationibus laetitiaeque signis in immensum
productis, ac festivis ignibus toto campo collucentibus,
quos inter Michael, Rex electus, ad carpentum Archiepi=
scopi ab eodem invitatus, splendidissimo Comitatu Varso=
viam deductus est. Ubi in basilica S. Joannis, omnibus
hymnum Ambrosianum concinentibus, Deo exaltatori suo,
per quem reges regnant, et a quo id factum fuerat, eratq
mirabile in oculis hominum, supplici cultu gratias
egit: matremque Ducissam Visnioveciam, Palatinam Rus=
siae, statim invisens, ab eaque, inopinato eventu attonita,
benedici sibi petiit, quae matris primum affectu filium com=
plexa, Principem deinde suum cultu Majestati debito ve=
nerata, proli suae supra spem ad id fastigium evectae
inter stuporem et lacrymas benedixit. Nox ea tota, dici
vix potest, quam inaudito communis gaudii sensu an excessu
transacta, consumptaque fuerit, tormentorum machinis re=

boantibus, variique generis sclopetorum geminatis sine numero explosionibus, decurrentium in campo et occurren= tium sibi ad invicem gratulatoriis vocibus, triumphalique omnino plausu, qui non ea tantum nocte, sed aliquot quoque diebus subsecutis duravit, fama prodigiosae electionis nuncios ipsos praevolante, et mox toto orbe Christiano audita. Itum deinde ad pacta conventa cum rege electo statuenda, deputatique, qui ea formarent, et Regi propo= nerent, qui cum ea jurejurando firmasset, diploma ele= ctionis tot manibus subscriptum auspicato recepit; a Sta= nislao Lipski Canonico Cracoviensi, Regente Cancellariae majoris, consultissimi animi et calami viro, gravi et eleganti stylo confectum

Porro dum haec Varsaviae laetiorem patriam reddunt, Universitas nostra ex obitu perillustris olim Stanislai Jur= kowski S. Th: Doctoris et Professoris, Praepositi S. Flori= ani dolens ingemuit; qui mense Junio vita functus, ingens sui desiderium merito reliquerat. Animus illi solide eruditus, magnis per Europam peregrinationibus cum Isidoro et Constantino Ducibus Ostrogiis apprime excultus, vegetus, pru= dens et in conservandis immunitatibus Universitatis infra= ctus fuerat. Jus collationis Praepositurae S. Floriani, a Stephano Bathoreo, rege Poloniae, in gratiam Stanislai Sokolovii, Concionatoris sui, Universitati donatum, contra Sigismundum Gregerovicium, Praepositum S. Nicolai, et ejus

sequaces, inique illud colentes, coram Rota judiciorum Roma= na egregie defendit, vindicavit, effecitque, ut non nisi ex solis Praelatis et Canonicis S. Floriani deinceps eligitur. Quin et Petro Gembicio, Episcopo Cracoviensi, jus Cancellarii Aca= demiae, ad responsiones Doctorum, quod nullum habet, vio= lenter extendenti, approbationemque librorum, quae Re= ctoribus Universitatis evicit. Decennio prope dum haec pro= pugnat et evincit, Romae commoratus, atque post bellum Suecicum in Patriam reversus, aedificia Praepositurae per illam biennalem hostilitatem funditus deleta, propri= o impendio a fundamentis erexit, eamque, quae nunc vi= situr, structuram, viridariumque illi contiguum, arte topia= ria factum, circumquaque moenibus cinxit, tandemque Recto= ratus et Procancellariatus munere summa cum laude perfun= ctus, annum sexagesimum octavum aetatis suae agens, pe= ctoris anhelitu ob phlegmatis exundantiam oppressus, meritorum plenus obiit, ad aedes S. Floriani honorifice sepultus, suc= cessore in praepositura accepto Alberto Pappencovio; cui ad comitia electionis delegato, quamvis absenti Praepositura haec per Universitatem collata fuerat, Alberto Dembrowski S. Th: Doctore, Decano S. Floriani, suburbanium illud, prout dicebat, exilium constanter renuente. Sed acceptavit Pappen= covius hanc sibi ab eo factam gratiam, libensque ad eum locum abiit, in quo patruus ejus Jacobus Ustiensis S. Th:

Doctor, Praepositus S. Floriani, Philosophus et Theologus
insignis, primusque cursus Vladislaviani in Academia Profes=
sor ante vicesimum annum floruerat, et sancte obierat.

Gratulantium interea Principum in orbe Christiano ad
Michaëlem, Regem electum, et litterae et legati magno nu=
mero venere, laudatumque est opus a vicinis et remotioribus
populis, nomini Polono dignum, quod rege alibi non quaesito
indigenam elegerint, orbique ostenderint, unumquemque civem
Polonum, ut electionis voti, ita et throni regalis capacem esse,
nec deesse in aequalitate modum, quo ex aequalitatis jure ad jus
Majestatis indigenas suos Polonia, modo velit, sublimare pos=
sit. Quin et Neoburgicus et Lotharingus competitores, repul=
sae loco id non habuere: cum rege, sanguinis Poloni ele=
cto, neuter alteri praelatus, uterque aestimationis suae
integram auctoritatem retinuerit, auditusque est Lotharin=
gus, pro animi sui generositate dixisse, se, quidquid cura=
rum et sumptuum hac in re impendisset, pulcherrimo utique
operi impendisse: Polonosque satis prudenter id fecisse, quod in
tali casu ad dirimenda ac pacificanda ambientium studia,
facto opus fuerat. Haec ab externis laeta et applausu
plena: verum domi, quod egregie et cum stupore omnium
raro exemplo factum fuerat, mox humani ingenii solita le=
vitate displicere coepit: judicataque est electio illa, ceu ex=

torta et violenta,

torta et violenta, popularique magis impetu festinata, quam
maturo consilio decreta, proficiebat sinistris judiciis et animo=
rum alienatione, praesertim principes ex senatu, qui auctoritatem
sibi dignitatis et libertatem votorum ereptam procelloso illo
multitudinis fluxu ac refluxu et turbine graviter dolebant. Inde
male contentorum, ut vocant, ex adverso sentientium partes
subortae, consilia regis supplicationibus perstricta; Rex ipse
mitis quidem, et bonus, sed regno minus utilis haberi coeptus;
officia in eum visa quasi nimia, quia exosa. Ut quisque fidus illi,
ita mordacibus dicteriis magis expositus, cumque privatus livor
zelus boni publici censeretur, secretiores hinc cointelligentiae et
aversiones sensim invaluere: omnia tamen haec adhuc sub pez
riculo et quasi sub rosa propter invincibilem publicae laetitiae
plausum et ob equestrem ordinem Regi impense addictum, donec
et huic quoque aliud persuasum foret, consilio tenebantur. Splendido
nihilominus et magnifico apparatu praeparabantur omnia, ad
actum regiae coronationis spectantia; cui dies 29. Septembris
D. Michaëli, regis electi patrono sacra opportune delecta fuerat,
Regiis literis Senatus et equestris ordo, humanissime ad id in=
vitatus, ut quam splendidissime compareret, serio curabat. Cra=
coviae gemini arcus triumphales intra urbem sumptu notabili, et
exquisito artificio, ingeniosisque lemmatibus hieroglyphicis, et
inscriptionibus adornati, selectissimorum ab exteris ad tantae
raritatis visendum nobile spectaculum, numerosus Cracoviae

confluxus populi sincerissimo gaudio gestientis, ingens desi=
derium et exspectatio.

Adveniente tandem die 27 Septembris, quae festo translationis
D. Stanislai, Regni Poloniae patroni Cracoviae intra urbem
celebris habetur, Rex electus, qui Niepolomitiis tantisper sub=
stiterat, ad Episcoporum Cracoviensium vicinum Cracoviae pa=
latium venit, quod in Promnik ad deducendos in urbem regales
et episcopales ingressus, explicandamque eorum magnificentiam
satis commode situm est. Hic ad eum potissimi ex Senatu et e=
questri ordine gratulatorio occursu certatim confluebant: invi=
tabatque ipsa diei laetissimae serenitas, et sol aureo ore reni=
dens, quasi et ipse faventissimis de coelo radiis omnia serena=
ret; cum jam effusa populi multitudo late patentes campos
et vias in urbem ducentes, undique complevisset. Ergo dato
signo per clangorem, festosque laetitiae plausus, regalis in=
gressus splendor, et magnificentia ordine suo procedere coepit:
urbanae inprimis justa tribus suas et opificum contubernia, ex=
pansis vexillis praeivere cohortes. Sub signis dein aliquot
levioris armaturae miles, loricatae post eum, et hastatae spe=
ciosissimo triumpho dignae cohortes, insolitum, et admirandum
exteris praesertim, spectaculum, multi deinceps ex primaria
nobilitate, equorum et vestium ornatu pretioso nitentes, sed
nihil magis visendium, quam post referendarium regni, Castella=
norum, Palatinorum, Ducum militiae, Officialium et Mare=

schallorum regni, ordo vere senatorius, auro gemmisque laticla=
vis refulgens, Regemque electum numeroso agmine praecedens.
Rex ipse paludamentum regale pretiosum coerulei coloris, ad
Gallicum modum inductus sub conopaeo, baldachimum appel=
lant, ab urbis consulibus delato, sonipedi niveo insidens, omnium
oculis gratiosus et amabilis spectabatur. Ad aedes S. Floria=
ni more solito. Universitas ei nostra cum Rectore suo, Andrea
olim Kucharski, S. Theol. Doctore, Canonico Cracoviensi occurrit,
a quo rex gravi et facunda oratione salutatus, dato per Andre=
am Olszovium, Procancellarium regni satis eleganti, et in re
Universitatis honorifico responso, sacra D. Floriani Lipsana
manui argenteae inclusa pie veneratus et exosculatus est. Ab
urbano deinde magistratu in aditu portae, quae a S. Floriano
nomen habet, gratulabundo cultu et eloquio exceptus, expeditis
hisce non sine mora salutatoriis officiis, per urbis augustam
sane faciem, inter suavissimos musicorum concentus, et tormen=
torum laeta tonitrua usque ad arcem regiam processit. Occurrente
hic sibi in aditu templi cathedralis peraugusto capitulo Cracovi=
ensi, cujus nomine Nicolaus Oborski, Episcopus Laodicensis, suf=
fraganeus Cracoviensis gratissimo vultu et eloquio Regem cum
salutasset, ad aram et tumbam D. Stanislai, Rex tandem dedu=
ctus, immortali Deo, humiles gratias postquam reddidit, actus
hic solennis optatam coronidem suam accepit. Quoniam vero re=
gibus Poloniae, ante coronationis suae diem, avitae pietatis
mos est, ad rupellam Casimiriae sitam locum D. Stanislai

martyrio celebrem, solenni processione descendere, inibique
sacra D. martyris ossa venerari ac velut deprecari veniam
parricidii, a Boleslao audace olim commissi; benedictionisque di=
vinae per Ssmum hunc martyrem et Praesulem impetrandi
gratia. Rex quoque electus receptis et sancte hactenus observa=
tis patriae instructis, libenter morem gerens, locumque hunc
sanguine tanti martyris purpuratum, toto clero praeeunte, co=
mitante senatu et nobilitate frequenti, devoto vultu visitavit.
Universitas quoque nostra cum Rectore suo, loco sibi debito, ni=
mirum ante Praelatos et Canonicos cathedralis ecclesiae pro=
cedens, togatosque habitus induta, deducendo regi praesto ad=
fuit, eumque ad cathedralem Basilicam, quamvis nocte in=
gruente, gratissimo sibi, quod testatus est, obsequio reduxit. In=
stabat jam festiva dies, principi militiae coelestis D. Michaeli
Archangelo et actui regiae coronationis dicata, cum ingens mul=
titudo hominum, avida spectandi, diemque illum praeveniens,
templum cathedrale pridie ut praeocciparet, sensim sine sen=
su intravit, nocteque tota ibidem excubias egit. Quare praetori=
ana peditum militia, ipso die coronationis, ad arcendas turbas
et nimios concursus, circa portas arcis et templi disposita,
quam id sollicite et rigide agens, ut templi locus angustior,
promiscuis coetibus non impleretur, nihil proficere potuit;
cum jam, qui pridie introierant, omnia coangustassent, adeo
quidem, ut Regi postea cum Senatu et nunciis terrarum, auli=
coque comitatu advenienti, stipatoribus per vim turbas

rejicientibus, aegre tandem introitus in templum patuerit. Ex=
spectabat jam intro Archiepiscopus Prazmovius regis adven=
tum ad ea, quae actum coronationis concernunt, exaequenda
paratus; ad quae, postquam rex advenisset, intra missarum
solennia feliciter processit. Rex primum ante majus Ecclesiae
altare, per integrum psalmum Davidicum, cui nomen est:
Miserere mei Deus, prono corpore prostratus, misericordiam
Dei imploravit. Ad sacellum deinde regale Sigismundi Primi
quod a dextro latere Ecclesiae situm est, ab Episcopis deductus,
ibidem habitum regalem indutus, ab iisdem iterum ad altare
majus praeeuntibus Mareschallis reductus est. Hic eum Ar=
chiepiscopus justa ritus ab Ecclesia institutos, chrismate un=
ctum, gladio evaginato armatum, sceptro ornatum, regali ad
extremum diademate coronavit. Matre regia, cum aliis se=
natoriis matronis, desuper spectante, cui rex, quoties ad thro=
num regalem conscendendum ab altari descendit, reverentiae
signa exhibens, Regi, quae gerebatur, admirationem, cordisque
laetitiam adauxit. Accidit vero, cum rex thronum regalem
a tergo altaris D. Stanislai ad id erectum, et splendide ad=
ornatum conscendisset, viderique ab omnibus ob frequentiam
assistentium non posset, ut nuncii terrarum, jam forte de
malecontentorum susceptis artibus, serpente opinione praeoc=
cupati, altiore voce elevata, et quasi cum protestatione excla=
marent: Regem sibi visendum eripi, publicoque conspectui sub=

duci, insiterunt que acriter, ut qui magno numero assistebant,
quantocyus descenderit. Perculsi hac inexspectata voce, confu=
sique graviter, qui tum forte regio lateri et circumquaque
adstabant, momentoque desilientes, alii vero post sedem regiam
utcumque latentes locum et spatium dederant, ut rex cum
tota majestate sua ab omnibus satis commode spectaretur.

Coronato rege, sacrisque ritibus in re tanti momenti ad
divinam intus unctionem recipiendam ordinatis, feliciter jam
finitis, ubi hymnus Ambrosianus, ad agendas Deo gratias insti=
tutus ab omnibus decantari coepit, tormentorum illico grandes
machinae detonuerunt, datoque signo laetitiae, ingens omni=
um plausus est secutus. Scripta quoque panegirica ex nostra
et Zamosciensi Universitate typis evulgata et inter actus istius
solennia distributa sunt: quae tamen male contentorum animos
torserunt, seu regiis laudibus nimium tribuentia; nec defue=
re aliqui, et quidem ex primoribus, qui ea, quae de Hie=
remia Duce Visniovecio regis parente, justissime sane, pro
ejus magnitudine gloriae et meritorum in rempublicam cala=
mo panegyrico memorabantur, velut modum excedentia
et ob id expugnanda arroderent, Regemque ipsum quasi
non directa linea ex Koributea stirpe descenderent, dente
maligno proscinderent, animi sui virus prodentes, quod
jam profunde illis haeserat, moxque potuit in Comitiis co=
ronationis, eorum instinctu, qui regi adversabantur, consul=
to interruptis. At vero rex e basilica cathedrali ad vicinum
illi palatium regale descendens, legatos externorum princi=

pum, Senatum et primarios ex equestri ordine ad mensam
suam regiam invitatos, magnificentia vere augusta excepit
diemque illum genialem et orbi Polono auspicatissimum fecit.
Nec minor subsequenti die publicae laetitiae facies apparuit,
qua reges Poloniae, ut a Magistratu et civibus urbis Craco=
viensis juramentum fidelitatis recipiant, ex arce regia ad
urbis forum solenniter producti, et in theatro publico ad id pa=
rato cum majestate regia spectari consuevere. Postquam igi=
tur sedula Magistratus et civium cura apparatum hunc
omnem spectantem praeparasset. Rex deductionis splendore
maximo in urbis faciem prodiit. Praeibant loricatae et ha=
statae cohortes, Senatus et Nobilium flos, peditatu regio un=
dique ambiente et equestris militiae ordinibus late circumfu=
sis, populique immenso concursu inspectante. In praetorio
urbis rex primum habitu, in quo reges coronari solent, or=
natus, mox exinde ad thronum regalem in subliniori ad id
theatro erectum veniens, sub conopaeo regali sedit, frequen=
ti virorum senatorii et equestris ordinis assistentia cinctus.
Hic cum proconsul urbis, cum toto Magistratu, et cum pro=
fundae venerationis cultu accedens, orationeque gratula=
torios applausus et subjectionem attestante allocutus, post=
quam responsum ex ore disertissimo Olszovii, Procancellarii
regni accepit, claves urbis tanquam principi et monarchae
suo reddidit, juramentumque fidelitatis praestitit; ubi etiam

auratos aliquot equites Rex pro more solito publice crea=
vit, jamque his expeditis, sine mora, ex throno suo regali
descendisset, nisi res minus exspectata et inusitata inter=
venisset, actumque illum protraxisset. Martinus Anczowski
medicinae Doctor, consul Leopoliensis, cum altero Collega
suo, ad comitia coronationis ab urbe illa missus, innixusq
potissimum gratiae Joannis Sobieski, supremi regni Mare=
schalli, et exercituum Ducis et aliorum Russiae magna=
tum in conspectu regio postulaverat, ut in eodem actu ho=
magium regi, nomine urbis suae reddere posset. Res ea ut
insolita mox in dubium vocari et controversiam movere
coepit, consulibus Cracoviensibus contra id protestanti=
bus, propugnantibusque eos, qui tum ex Palatinatu Cra=
coviensi aderant, aliis vero praesertim ex Russiae oris
postulata Leopoliensium promoventibus: fervebatque con=
troversia haec in theatro mota, donec nomine Regis hac
super re deliberatione indicta, praevaluere illi, qui pro
parte consulum Cracoviensium suffragia dederant, deci=
sumque consules Leopolienses nihil ad hunc actum ju=
ris habere, nec licere illis, nisi urbe sua, postquam eo
rex advenerit, fidelitatis juramentum praestare. Extra=
xerat temporis postulatio haec minus opportuna, jamq
sole ad occasum inclinante, postquam in praetorio urbis
solennem illum regalem vestitum deposuisset, ignium tri=
umphalium spectacula coepere, urbano sumptu satis ex=
quisite parata

quisite parata. Spectavit ea Rex ex aedibus Morsztinii
Praefecti Kowalensis, Urbis praetorio oppositis, pyrotechni=
cis illis artibus et pyrobolaribus flammis ac populi effusis
plausibus delectatus, dataque solennibus illis tripudiis
ad palatium Vavellanum, inter triumphantium gaudia, alta
nocte rediit.

Post haec triumphalia et inexundantis laetitiae plena,
successerunt curarum seria et gravibus intricata negotiis:
Comitia nimirum Coronationis, laetioribus quidem auspiciis in=
choata, sed exitu minus fausto tristia, quoniam turbata et inno=
xie abrupta. Initium illis a divinae gratiae et auxilii coelestis
invocatione, solenni misso sacrificio, in basilica cathedrali
celebrato, non improspere datum Rex a Senatu primum,
mox a Mareschallo equestris ordinis Krycio, succamerario
Posnaniensi, antiqui moris et candoris, sedatique ac inte=
gerrimi animi viro, gravi et in rem praesentem faciente elo=
quio salutatus, eo ad osculum dexterae regalis cum nuntiis
terrarum, justa morem receptum admisso, praepositione eorum,
quae in deliberationem veniebant, per Andream Olszovium,
Procancellarium regni, facta, Senatum frequentem dimisit.
Procedebant deinde justa votorum et equestris ordinis con=
sultationes, vario armorum impulsu fluctuantes, nec jam ob=
scuris signis praeferentes exitum comitiis haud felicem im=
minere, allaborantibus iis, qui regem innocenter oderant, ut
initia regnandi infausta et tantae ex eo laetitiae non responden=

tia efficerent. Maximum certe negotium omnibus facessebant
exules illi nobiles, qui ex provinciis illis, quas Moschus in tra=
ctu Smolenscensi, Severiensi et Czernicchoviensi, per inducias
belli tum possederat, cedere coacti, dolorosis querimoniis
omnia complebant, praesertim, quod Praefectura Cosnensis
quae ad illorum perfugium designanda fuerat, collatione
regia alicui alteri cessisset. Numerati quidem fuerant a
Moscho in solatium eorum, qui possessionibus suis evoluti
misere in patriam exulabant, duo milliones florenorum
bonae monetae, sed haec Varsaviae distributa vix aliquid
solatii impertiit, convolantibus sine numero, qui damna
sua praetendebant, cum ejus summae pecuniariae,
forte distribuentium manus, ut solent esse viscosae, pars
non exigua disparuisset. Deliberatum quoque de Cosacicae
militiae Zaporiensi exercitu, Chanienkone an Doro=
szenko illi cum Ducis potestate praeesset, cum Chanien=
ko regimen adjudicatum fuisset, inique id ferentem Doroszen=
ko res ea exacerbavit, bellique Turcici occasionem praebu=
it, cum ille postea clavae Cosacicae exspes, et a Polonis
sibi metuens, scelerato remedio ad Turcarum imperatorem,
datis fidei obsidibus liberis confugisset, tyrannumque ob
Candiam nuper Venetis ereptam, insolenti victoria elatum, tan=
toque negotio expeditum ad transferenda in Poloniam arma
facilem induxisset. Sub id quippe tempus Candia antiquis

Creta, dominii Veneti celebris insula, viginti tribus annis
bello maritimo a Turcis valide obsessa et oppugnata et a
Venetis fortiter et strenue defensa, inspectante tandem Christi=
anorum classe, in qua Architalassi secum dissidebant, quarta
Octobris ipso die S. Francisci in potestatem Turcarum venit,
maximo dolore et probro orbis Christiani; adeo quidem, ut
ob ejus jacturam; Clemens IX Pontifex Maximus moerens
et altum ingemiscens, morbo exinde contracto, paullo post
Romae obierit, cui in Pontificatu successerat Cardinalis Al=
terius Clementis X. nomine assumpto. Porro generalia Re=
gni comitia, diverso animorum sensu agitata, et jam prope
in turbido posita, Regem sollicitum reddebant, quod mani=
feste dolosis invidentium artibus et turbarum flabellis, ad
exitum minus felicem inclinarent. Quamvis enim plurimi
ex Senatu et equestris ordinis regi addictiores enixe cuperent
et serio curarent, ut prima haec consiliorum publicorum et
regnandi auspicia, compositis animis et unitis partibus, Re=
gi et Reipublicae prospera evenirent; praevalebant nihilo=
minus primaria malecontentorum capita, facileque per=
suadebant etiam nuntiis ex nobilitate provincialibus,
sub praetextu boni publici, et legum patriae tuitione, ut mu=
tarent primum, mox probarent, magnifice ab iis, et quasi
ex arcano status dicta, ad extremum potentioribus ad=
haererent. Animabat regem spes in Deo, cui miram ele=
ctionem suam debuerat, et purae manus, quas ad eum
levabat, ut causae innocenti ex alto, pro infinita bonitate

pia succurreret, nec defuere fida pectora, quae pro Maje-
statis innoxio capite, prudenter et cordate agebant, quin et
illud solatio fuit, quod partium Roxolanarum, miro in Re-
gem studio, in spem haud dubiam Respublica adduceretur,
latissimas illas oras, et populos bello inattritos, sub gratissi-
mo Michaelis nomine et regimine, ceu Principe indigena, cor-
pori Reipublicae firmiter adhaesuros. Aderat tum Cracoviae
Kolenda, Metropolita Kijoviensis, Sacrorum ritus Graeci
per Russiam princeps, sed Romanae Ecclesiae unitus,
vir senio venerabilis, et affectu in rem Polonam eximius, qui
ut sacrorum quoque communione, gentis suae propensio-
nem testaretur, adveniente festo beati Jozaphat Kuncze-
wicz ob unionem cum Romana ecclesia, a Polocensibus
summa crudelitate occisi, ac inter beatos martyres, sancti-
tate et miraculis conspicui, ab Episcopo Cracoviensi Trze-
bicio, tanquam loci Ordinario, facultatem petiit, ut eo
die ad altare majus in basilica Cracoviensi sacris juxta
ritum suum solenniter operari posset, quod illi Trzebicius
perquam libenter indulsit. Assistentibus igitur sibi cum
pluribus ejusdem ritus Episcopis, Cantoribusque sola
nonnisi musica vocali, ut illis mos est, slavonice conci-
nentibus, in Regis, et Senatus, nobiliumque frequentia
et populi ad rem Cracoviae raram magno concursu, mis-
sae solennia celebravit, Zochovio ejusdem ritus, causa-
rum pro tunc apud eum auditore, viro eloquentissimo, ju-
risque Canonici, cujus studio Romae incubuerat peri-
tissimo, concionem juxta missarum solennia habente, ad
gustum omnium, adeoque aestimatam, ut typis etiam postea
vulgaretur. Solennitas haec Beati martyris, ab eodem me-
tropolita Kijoviensi etiam subsequenti die, nimirum 17 Novem-
bris ad aedes D. Michaelis Archangeli PP. Carmelitarum dis-
calceatorum ritu pariter solenni repetita, spem boni nomi-
nis majorem, et confidentiae inter Latini Graecique ritus
populos gratiam adauxit. Praecesserat quoque eodem
mense Novembri ad cumulanda sacra animorum gaudia
ex divorum novis honoribus orta, S. Mariae Magdalenae
de Pazzis, virginis Florentiae ex ordine sanctimonialium
de monte Carmelo, antiquae observantiae, quam nuper Clemens
IX Pontifex Maximus in sanctarum virginum numerum
retulerat, triumphalis memoria. Postquam enim sacrae ipsi-
us apotheosis ad instantiam Leopoldi Imperatoris et Impera-
tricis Teresiae, Magni Hetruriae Ducis, urbisque Florentinae
sollicita PP. Carmelitarum cura, Romae 28va Maji trium-
phus maximus orbem Christianum exhilaraverat, ut per
alias quoque Christianitatis provincias in coenobiis Carme-
liticis cum octava celebrari posset, a Sede Apostolica indul-
tum fuerat. Incidit haec solennitas Cracoviae in Domini-
cam diem, quae erat 3tia dies Novembris, sub tempus comitio-
rum regiae coronationis, auspicato utique omine, quod ad
firmandum thronum regalem nova e coelo suffragia accede-
rent. Pridie igitur solennitatis hujus, exhibuere PP. Carme-
litae primum et raro visendum fidelibus spectaculum, imaginem

Seraphicae hujusce virginis, auro, gemmis et monilibus pre=
tiosis sumptuose adornatam ex basilica SS. Trinitatis PP. ordi=
nis Praedicatorum, usque ad basilicam Arenensem, longissimo
per urbis forum et plateas et suburbana pomoeria tractu,
solenni processione deferentes. Antecedebant sacram iconem
variarum sodalitatum et religiosarum familiarum confertissimi
ordines, cereis magno numero accensis, triumphalibusque
ornamentis, undique conquisitis, militari peditatu, ad turbas
arcendas, latera cleri incedentis circumquaque stipante,
Musicorumque harmonia in tres choros divisa, et tormento=
rum machinis usque ad occasum solis in applausum deto=
nantibus, ac ingenti populi multitudine comitante. Aderat
die insequenti et Rex ipse cum Senatorii et equestris ordi=
nis magnatum numerosissima frequentia et coram thauma=
turga in Arenis virginis Deiparae imagine, devoto cultu
prostratus, locumque illum miraculis celebrem veneratus,
sacris in eo solenniis, majestatem addidit: durante deinceps
per totum octiduum triumphali illa celebritate, et devoti
populi concursu.

Inter haec pacis et devotionis negotia, Comitiorum ae=
stus et motus magis magisque invalescebat, quibus et Regi
faventes et ex adverso positi dum jactantur, quaeruntque
nodum in scirpo, et in malacia naufragium, quibus livor in=
tima exedebat: ad reficiendos animos, et continuandos pu=
blicae laetitiae, quae nondum tota resederat, hilares plausus,

cum multi honestissima solatia adinvenissent; Musae quoque
nostrae Academicae, hilaria sua publica fecere. Praepara=
verat quippe ad id temporis, ut augusta coronationis solennia
laetiora redderet, memorabilem aliquot dierum scenam, vir
egregius, humanioribusque literis apprime eruditus, calamo
et eloquio celebris Sebastianus Piskorski, classium Nowo=
doorscianarum professor, nunc vero in Universitate nostra
Juris utriusque Doctor et ejusdem professor insignis; in
qua Piasti electionem et multa ex antiquis Polonorum ge=
stis praeclara ac tempori opportuna carmine et apparatu
eximio, ipsis etiam exteris invidendo, omnium conspectui
proponere decreverat. Nobilis Sarmatica pubes ad id
prona et animi dotibus praestans, ab eo rerum hujusmodi
peritissimo diu et solide exercitata, disposito ad omnia agen=
di genio, sumptu et splendore exquisito jam actum illum
exposcente, avebat quantocyus in theatrali illa facie spe=
ctari, rarique operis specimen etiam in Majestatis con=
spectu proferre. Invitatus proinde rex ab illustrissima
magnatum stirpium juventute, ob Comitiorum maximos
fluxus et refluxus et ne malevoli ludos illi potius sce=
nicos, quam Reipublicae negotia cordi esse criminarentur,
venire tum quidem renuit, sed cum postea dignorum re=
lationem accepisset, actus illos aliquot diebus institutos
exoticis quibusque etiam in media Italia exaequandos
Majestatis quoque oculis non indignos fuisse: optavit
eos coram se in palatio regali distrahendi animi gratia,

replicari, nisi infelix Comitiorum exitus omnia intertur=
basset, regemque et rempublicam afflixisset. Deduxerant
quippe ad pessimum effectum, quod male intendebant, par=
tibus regiis infensi: subordinato quopiam ex nunciis terra=
rum, quem ad id idoneum repererant, an forte ipsi fece=
rant, ut libertate vocis abusus obstinatique propositi te=
nax ceu tribunitia potestate interveniret, vetaretque, et
tandem protestatione facta ex Comitiorum facie discederet,
ingemiscentibus, qui melioris sensus fuerant, frementibusque
in eos, qui secrete meditata consilia in opprobrium re=
gis, etiam cum discrimine Reipublicae, ut contineri nescia
pravae affectionis virulentia effunderet, abrumpendorum
comitiorum modum et livorem illum praetextu boni
publici tectum adinvenissent.

Ex hoc infelici Comitiorum successu, alii contristati,
alii gaudia sua, quod male optatis respondissent, vix dissi=
mulanda prementes: plurimi ex longinquioribus praesertim
Palatinatibus et Terris diuturno et saepius prodigo
sumptu attenuati, passim Cracovia dilapsi, vario animo=
rum sensu ad domos suas remeabant: potiores tamen
ex Senatu, ut Reipublicae succurrerent, et ut moris
est, per Senatusconsultum afflicto rerum statui provide=
rent, invitamento regio, et ex vi officii remanserunt. Malis
primum internis, et si quae foris ab hoste ingruerent, re=
media in hoc Senatusconsulto quaesita et adinventa: ut
miles castrensi

miles castrensi disciplina contineretur, ut securitas publica
sarta, tectaque esset; ut Cosaci in regem propensiores ad ob=
sequium tanto efficacius allicerentur, ut rebus ab oriente
suspectis et mox fomite Doroszenko, in grave bellum exar=
suris, tempestive obviam iri posset, serio actum et provisum.
Praecipua tamen hic de matrimonio regis deliberandi materies,
animos et sententias distraxit. Dissuadebant illi, qui regis
potestatem firmari nolebant, convenientiusque censebant, ut
rex castris se potius, quam thalamis nuptialibus daret; ex=
perimentaque paternae indolis et heroicae virtutis a Gradivi
potius, quam Hymenaei negotiis ordiretur, Hieremiae patris
exemplo, qui a primis annis cotem virtutis bellicae quaerens
hostem si forte non occurreret, etiam in media Taurica stre=
nue adortus, florem aetatis suae, non in mollibus culcitris
sed duro cespite sub papillonibus exercuit. Ita et Koribu=
theus, Ducum Visniovecciorum sanguis, totus Gradivo sacer
in tot atavis, et proavis bellatorem spiritum statim a ju=
venta per sanguineos rei bellicae sudores, ad ducales cla=
vas et regum trabeas deduxit. Superesse adhuc satis tempo=
ris inveniendae reginae ad haec maritalia lenocinia, curamque
prolis, quae bellicosae gentis genio gratior futura est, si ex re=
gis mascula aetate et virtute prodierit.

Meminerit se regem earum gentium esse, quae cerussa
vel purpurisso, Deaeque voluptiae calamistris non diffluunt,
sed pro tota Christianitate, in Antemurali ejus, contra bar=
baros excubant: decora magis augusto capiti laurus, quam

myrtus: illam Scipiones et Caesares, hanc Adonides et Ga=
nimedes deperreunt: pulcherrimum certe futurum, si corona=
ta in filio, Hieremiae patris bellatrix illa anima vivere
se in ejus Mavortio spiritu, et pectore quasi vera quaedam
metempsychosi probet. Si indigenae regis prodigiosa, ut ajunt,
electio, ad tantum orbis applausum venit, veniant quoque
et animi ejus dotes, exteris praelatae, non festinato conju=
gio, sed accelerato ad gesta heroica ardore, orbi Europaeo
visendae. Contra ii, qui stabiliri quantocyus thronum regi=
um, et malevolorum artibus ac invalescenti potentiae occur=
ri volebant, cum intentionem regis proficuam reipublicae pro=
barent, et quae ex adverso magnifice dicebantur, in speciem
dici intelligerent: pro conjugio regis accelerando concordes
sententias dedere: factum id a tot antecessaneis regibus
laudabiliter allegantes, nihil de eorum bellicosa virtute remi=
sisse, nihil gestis immortalibus obfuisse, Hieremias ipse, pa=
rens regius, florentibus annis, Griseldae Zamosciae, Thomae
Zamoscii Cancellarii regni filiae, matrimonio junctus, martem
adeo spirare non desiit, quinimmo ex Cosacis, Moschis, Scy=
this memorabiles triumphos et victrices coronas toties repor=
tavit. Aliud enim est dissolvi per impuram, vagam ac illici=
tam venerem, aliud sacro matrimonii vinculo contineri, et ad
prolis foecunditatem benedici. Castus thorus virtutem non
imminuit, quin immo ex puritate conscientiae securiorem
inter discrimina reddit. Obfuit Herculi Jole insano furore
amata: non obfuit Ulyssi socia vitae pudicissima Penelope.

Agrippina Germanico nupta summum bellatorem non emolli=
vit: eadem Claudio postea flaccido et oscitanti, bellacem animam
non inspiravit. Exeret se principis virtus, modo livor non obstet, qui
eam in herba oppressam vellet, et in tanto animorum lubrico, ubi
fidum et immortalia vestigia relicturum figat pedem, etiam inter
initia regnandi non habentem. Haec et plura hisce conformia
pro partibus regiis adferebantur, itum est tandem in sententiam
eorum, qui throni et thori consortem regi optabant, et suadebant,
nec diu deliberatum, quaenam aliis praeferenda fuerit, cum in ocu=
lis esset Eleonora Austriaca Ferdinandi III Romani Imperatoris
filia, Leopoldi soror, gratia formae et animi dotum elegantia
prout et augustissimi sanguinis majestate, coeteras Europae
principes supergressa. Complacuerat regi gratissima ejus insi=
nuatio, vicinique sanguinis Austriaci potentia, habitura utique
apud malevolos tantae firmitudinis respectum, Caesarem quoque
Leopoldum hac in re difficilem non futurum, quin immo pro=
pensius id velle, certis indiciis constabat. Destinatus illico,
tanto negotio par, Andreas Olszowski, Procancellarius regni,
Austriacae domui, jam ante aestimatus, cum apud Imperii or=
dines, regnante Joanne Casimiro, legatione fungeretur. Hic
ergo dum splendidissimam legationem adornat, comitesque iti=
neris heroas Polonos deligit: Regi curae fuerat pretiosissima
quoque auri et gemmarum donaria, sponsae tam augustae trans=
mittenda comparare. Eas inter curas Curialium nonnemo
regi suggesserat, in thesauro Universitatis clenodia quaedam
magni pretii, et digna oculis tantae majestatis; utpote ab
Hedwige regina et aliis Poloniae monarchis in pignus regalis

gratiae eidem dono data asservari. Persuasus rex, Casimi=
ro Szczuka, Abbate Paradisiensi cum alio insigni Praelato,
ad Rectorem Universitatis Andream Kucharski submisso, ea
sibi clenodia praesentari petit, si forte aliqua ex iis ad re=
gale munus, dato pretio, usui esse possent. Postulatum hoc
principis a Rectore et proceribus Universitatis, qua debuit
reverentia, et prona voluntate acceptum est, duoque ex
professoribus delegati fuere, qui clenodia haec regi defer=
rent ac praesentarent. Quibus ille visis et serio expensis, Uni=
versitati quidem gratias egit; sed clenodia pretiosa licet, quia
tamen ad normam aevi praesentis non adeo affabre facta,
per eosdem professores humanissime remisit, tanquam dona=
riis a coronato capite per paranymphum sponsae regiae
deferendis minus idonea, nisi forte novo artificio elaborata
fuissent, quod moram longiorem poscebat, cum legationis
munus urgeret. Perfunctus eo est satis auguste Olszovi=
us, Viennam splendidissimo et exquisito apparatu ingressus,
Caesaremque Leopoldum ea oratione allocutus, quae dein=
ceps typis vulgata, gustum et admirationem Germaniae me=
ruit, effecitque, ut sponsalia rite peracta, Regales dein=
ceps nuptiae, anno proxime imminenti sequerentur.

Annus Christi 1670

Hilares gratiae et hymenaei regalis festiva meditamenta cum
anni hujus exordio coepta Austriam et Poloniam speratae lae=
titiae jucunda praeoccupatione impleverant. Leopoldus Caesar
cum augusta Eleonorae matre, quidquid tantae majestatis splen=
dor et dignitas requirebat, deducendae in Poloniam regiae
sponsae satis magnifice destinabat. Rex quoque Michaël
Olszovii legatione et ejus felici successu exhilaratus, curas
omnes eo intendit, ut in aditu Poloniae tanti nominis et san=
guinis sponsa apparatu quam maximo excepta, maritalibus
sibi vinculis jungeretur. Quoniam vero augusta Imperatrix,
ut filiae suae tanto majorem materni affectus gratiam testa=
retur, augeretque actus hujus magnificentiam, praesens ipsa
nuptiis ejus adesse ac velut carissimum pignus Regi eam ma=
rito, manibus propriis consignare, animo decreverat, ut de=
ducturae dilectam prolem suam, Vienna in Poloniam tan=
tae principis commoditati provideretur, convenerat utrin=
que locum aliquem ex vicinioribus Silesiae eligi, qui fa=
tigationem tantorum itinerum allevaret. Ex his unus omni=
um maxime arridebat, invitabatque non minus religionis
celebritate, quam vicinitatis commodo, mons clarus Czensto=
choviensis deiparae virginis thaumaturga imagine, in
regno Poloniae et per vicinas ei provincias spectatissi=
mus, in ipsis prope Silesiae limitibus haerens, tantique

confluxus ob coenobii amplitudinem, aedesque illi proxi=
mas et oppidi hospitia capax. Ascetis quidem loci illius,
vitam solitariam professis, minus id opportunum, quia
tamen necessitati et principis voluntati parendum fuerat,
concessere locum ipsi ad angustias redacti, claustralisque
observantiae incommoda passi, dum turbis immisceri cu=
rialiumque licentiae ac tot gentium dissonis moribus
et linguis distracti coguntur. Ergo huc apparatus omnis
regius, mensis et lautitiis ac tot convivarum grandibus
tricliniis usui futurus, tempestive convehi ac coacervari
jussus, invitati a Rege Senatorum et Officialium regni
ac Nobilitatis primores, conquisiti sulfuratorum ignium
et pyrobolarium inventionum artifices ingeniosi, ingensque
numerus eorum absque omni invitamento et sponte sua
confluebat, quos tanti actus raritas et celebritas in=
duxit: cumque Viennam e Polonia frequentes internun=
cii commearent, immineretque tempus nuptiis destina=
tum: Michaël rex, sponsae adventum exspectaturus, cum
fidissimis amicorum et aulico splendidissimo comitatu
Czestochoviam venit, praeveniens tres illos ultimos dies,
qui Bacchanalia terminare solent, festis connubialibus
designatos. Hic taediosis desideriis et exspectatione diu=
turna anxius, levabat moras hyemis, Principum et Sena=
torum amoenioribus solatiis, cum interim brumale tempus
nivibus supra modum effusis, itinera difficillima reddens

Imperatricem jam in Poloniam tendentem, mole nivium vix
superabili distineret adeo, ut ne certus quidem nuncius
de ejus profectione et itineris lucta haberi posset. Non diffi=
cile tamen conjici poterat, vastas et insolitas nives, obicem
adventantibus posuisse, per quas dum Imperatrix cum nu=
meroso comitatu longius eluctatur, Dominica quinqua=
gesimae nuptiis decreta advenit, Regemque animo fluctu=
antem, nuptiarum solennia ad dies Quadragesimae pro=
ximos differre coegit. Ne vero hilares illius temporis
moroso taedio consumeret horas, in eorum laetissima facie,
qui una cum Rege desideratissimae sponsae adventum
praestolabantur, jucundo genio vacavit, regalique magnifi=
centia exceptis ipse vultu et animo sincerissima gaudia
praeferens, pars laetitiae potissima fuit.

Ad initium tandem Quadragesimae primus comparuit
qui per altissimas nives aegre pervaserat gratissimus regi nun=
tius Joannes Cezary, Canonicus Posnaniensis, Viennae sub id
tempus nomine regio moratus, itinerisque augustae sponsae
comes, vir animi elegantia, morum et ingenii civilitate, re=
rum et linguarum exoticarum peritia, prompto erga principes
obsequio et agendi dexteritate eximius. Hic pro ea, qua pol=
lebat, industria, et usu inter ardua negotia expedito, Regis ani=
mum haud dubie torqueri exinde conjiciens, quod designatum
nuptiis tempus, ob morosissimi itineris horrenda obstacula
immanesque nivium cumulos, otiose effluxerit, quodque augu=
sta Imperatrix cum sponsa regia et gynaeceo reginali, non

ferendis prope, sequiori praesertim sexui incommodis, ob
rigores hyemis insolitos, tamdiu fatigaretur, ut solatio re=
gis quantocyus adesset, per difficillima quaeque strenue
perrumpens, superatis, quae objiciebantur, advolavit, an=
xio principi nuncians, hospites desideratissimos, jam in
finibus Silesiae constitisse, Claromonti appropinquantes
propediem imminere; simulque exposuit, quam vix pene=
trabili nivium objectu iter molestissimum longius eos dis=
tinuisset, nisi loca praealtis nivibus obsepta ingens colo=
norum Silesiae numerus, ad id consulto submissus, diu
sudatis in removendo nivium obice agrestium operibus
expedita fecissent. Ergo rex longioris taedii moras abrum=
pens, et inter festiva gaudia erectus, cum ad excipien=
dam splendidissimo occursu imperatricem et dilectam
sponsam, serio meditata urgere et accelerare: cohortes
militares viris et armis instructissimas disponere: Sena=
torio, equestri et aulico exquisiti splendoris comitatu,
decore cingi, laetissimam undique rerum faciem adventan=
tibus parare et tandem regali sonipede conscenso obvi=
am provehi. Secuti regem procerum selectissimi, auxe=
rant occurrentis magnificentiam, qui postquam Impera=
tricem, sponsamque suam, et sororem ejus Archiducem
equo insidens, quasi de via, honorifice salutasset, citatis
retro passibus ad locum salutationi longiori destinatum
abiit, procedente principum, comitum, baronum et
austriacae familiae numeroso agmine, inter obvias ha=
stataе et loricatae

stataе et loricatae militiae cohortes; inter innumera omnis
generis effusae laetitiae signa; donec iterum augusta Impera=
trix cum serenissimis hospitibus, a Rege salutata, et ex tantae
majestatis dignitate excepta, inter triumphales plausus et tor=
mentorum sonitus Claromontanas aedes subiisset. Fatigati=
one itineris, utcumque relevata, prima cura fuit Augustae
Imperatrici, deiparae virgini coram ejus miraculosa ima=
gine se sistere, actusque futuri, ab officio pietatis, ritus
solemnes auspicari, praesertim in loco tantae celebritatis
divinae matri adeo dilecto, et tot per eam gratiis coelestibus
decorato, atque exinde ad peculiarem devotionis affectum eti=
am minus devotos invitante. Hic enimvero, quod unice ave=
bat, et quod Imperatrici inter coetera motiva praecipuum
fuerat, ut asperitate viarum non deterrita, loci tam sancti
desiderato aditu frueretur, postquam feliciter est consecuta, exol=
vere theo vota sua, et sacris adesse festinavit. Deducta a rege,
sponso; Eleonora vero, sponsa, a Floriano, duce in Klewan, Czar=
toryscio, Episcopo Vladislaviensi; Archidux quoque, soror ejus,
a Stanislao Varszycki, Castellano Cracoviensi, in templum Cla=
romontanum numerosae hominum frequentiae, quae huc de=
votionis ergo, confluere solet, capacissimum, aliquando etiam
vix illi sufficiens; e templo in sacellum virginis satis
amplum et visendum; quod saepius audierat, sensit expe=
rimento, coelestem illum Ssmae Dei matris vultum a D. Luca
in mensa ejus cupressina depictum, admirandae majestatis
et ineffabilis gratiae, divinum in se aliquid habere; quod jam

S. Dionisius Areopagita, in vultu magnae virginis ad=
huc viventis vidisse se Hierosolimis et sensisse testatus
est. Placuit Imperatrici et Austriacis sacelli virginei stru=
ctura, splendor et magnificentia, sacrorum cultus et orna=
tus omnino exquisitus. Reginae coeli purpura, corona
trabea, auri et gemmarum pondere ac valore vix aesti=
manda, immensa donariorum copia, Regum, Principum,
Senatorum, Magnatum clenodiis pretiosissimis referta
et insignita, sacrae gazae ingens opulentia, a tot
seculis congesta, cui Imperatrix quoque, ut aliquid ex=
solvendi voti gratia adderet, in geminis candelabris
cristallinis, artis et pretii incomparabilis, munus ra=
rissimum, et tanta majestate dignum reliquit. Post=
quam igitur sacris litatum, et justum devotioni spa=
tium concessum est, itum deinceps ad nuptialia, urgen=
te vel ipso tempore, quod saepe dicti itineris longior
et peracerbus tractus satis taediose extraxerat. Dele=
ctus contrahendo et benedicendo tantorum conjugum
matrimonio ad altare sacelli virginis locus, in quo
thaumaturga ejus imago visitur et colitur, ut ipsa au=
gustis sponsis benedictionem ex alto, et foecunditatis
gratiam augustissima virgo impertiret, quae castissimo
sponso desponsata, servato flore virginitatis, coelitus
fuerat de spiritu sancto foecundata.

Huc die nuptiali Marescotti, nuntius Apostolicus, cum
numerosa cleri assistentia descendens, praesente imperatrice
et maxima hospitum corona, Michaelem et Eleonoram
serenissimos sponsos, sacro matrimonii vinculo ritu so=
lenni conjunxit, benedixitque ad aram benedictae inter
omnes mulieres virginis, par illud aetate floridum, san=
guine augustum, majestate venerandum, omnibus gratio=
sum, festis acclamationibus et votis sincerissimam un=
dique laetitiam prodentibus, machinarumque ingenti frago=
re, per Claromontana fastigia personante, donec post
acceptam quoque augustae matris benedictionem, et dulcia
ejus gaudia, serenissimi cum ea sponsi, et magni hospi=
tes convivalibus mensis assedissent. Quadragesimales
quidem dies esum carnium prohibebant, nostris praeser=
tim Polonis, pro antiqua majorum pietate, scrupulo=
sius ab eo abhorrentibus: dispensante nihilominus
nuntio Apostolico, ob actus solennitatem, carnium
fercula convivantibus apposita, esurialium dierum
abstinentiam relaxarunt, multis id libenter acceptanti=
bus, quibus carnes nimium sapiunt, etiamsi et qua=
dragesimales cibi non deessent: plurimi tamen retinu=
ere sacri temporis solenne ingenium, ab Apostolis us=
que per totam Christianitatem magno rigore observari

solitum. Ad mensam regalem, editiori aliquot gradibus
loco, sub conopaeo operis pretiosi, discubuit Impe=
ratrix mater, Eleonora sponsa, Archidux soror ejus,
nuntius Apostolicus, et Rex Michael sponsus: inferi=
us vero Principes, Comites, Barones praecipuae di=
gnitatis et matronae illustres, geminis mensis lautissi=
me sunt exceptae. Laetissima convivii facies, et simul
tantorum hospitum venerabili majestate visenda, hilaria
sua magnificentissimo apparatu, longius cum produ=
xisset: datum quoque aliquid choreis festivioribus, inter
suavissimos musicorum concentus, inter frequentes tor=
mentorum explosiones, ignium que sulphuratorum missi=
lia, Imperatrice tandem a mensarum lautitiis digressa
et serenissimis sponsis ad thalamum nuptialem deductis.
Nec minor subsequentis diei gratia, regalisque convivii
splendor, spectataeque pyrotechnicae artis ignitae ad=
inventiones: omnia triumphalis laetitiae plenissima
et exhilarationi hospitum satis exquisite parata. Porro
una erat, quae solennia illa nuptialia, longius produ=
ci non patiebatur, ad imminentia Regni comitia urgens
discessus regalis necessitas: ob quam Rex, postquam
Imperatrici, Eleonorae conjugi, Austriacisque hospiti=
bus valedixisset, cisiis quantocyus vectus, Varsaviam
abiit, ne in mora sua aliquid esset, quod negotia publica
remoraretur, et ne qui ex adverso fuerant, Regem plus

connubibilibus suis gaudiis et illecebris, quam rebus pa=
triae intendentem criminarentur. Eleonora vero conjunx re=
gia, tantisper adhuc in aedibus Claromontanis substitit, do=
nec post impensos saepius divinae matri ad ejus sacram
iconem devotissimos cultus, expeditisque omnibus, quae
tanto itineri parabantur, nuptae filiae, quam Regi mari=
to dulcem sociam, reginamque Polonis relinquebat, uberes
coelo gratias, et felices connubii successus precata,
Augusta Imperatrix mater, cum Archiduce filia, et toto
comitatu Austriaco, Viennam discederet.

Generalia interim comitia Varsaviae feliciter coepta
maximis Reipublicae negotiis, quae tum in consilii publi=
ci facie proposita fuerant, ordinum regni curas, et ani=
morum studia varie distrahebant. Potissima tamen de
bello cum Turcis, quod haud dubie imminebat, vel
avertendo vel gerendo instituta deliberatio: justa for=
midine omnes impleverat, cum remedia tam ingenti ma=
lo opportuna vix adessent. Non profecerat quidquam Ra=
dziejovii post bellum Suecicum in gratiam recepti lega=
tio, qui a Joanne Casimiro Constantinopolim missus
ibidemque in legationis munere vita functus, consumare
bene coepta haud poterat. Wysocius quoque ad portam
Ottomanicam internuntius, haud prospera referebat,
quin et supremi Wezyri literae ad Andream Olszovium

Procancellarium Regni datae, fastuque immani et mi-
nis trucibus refertae, impendere nobis gravissimi belli
molem manifeste prodebant. Postquam enim perfidus
Doroszenko negata sibi, quam affectabat, Cosacicae
militiae praefectura irritatus, fremensque Constan-
tinopolim ad imploranda contra nos Turcarum auxilia
abiisset, datis in obsides liberis, Russiam ulteriorem,
quod Ucrainae nomine dicitur, Ottomanicae po-
tentiae subjecisset, spe accessionis tot provinciarum
et gentium bellicosarum, velut face succensus, orien-
tis contra nos furor exarsit, qui hactenus sub cinere
doloso latuisse videbatur. Terror exinde et futuri
mali acerba cogitatio, viriumque Reipublicae, dum
serio expediuntur, robur omnino impar, et quod o-
mnium calamitosissimum fuerat, domi res dissonae,
adinvicem alienatae, partium studia hinc et inde dis-
tracta, nec fidum aliquid et securum. Non defuere ta-
men consilia, dum extrema necessitas urget, quibus tam
atroci et adeo communi malo occurreretur: delibera-
tum de exercitu per delectus militares augendo, de ex-
solvendis stipendiis et de contributionibus publicis
sanciendis, de implorandis Christianorum principum
subsidiis, de Cosacis ad partes nostras pertrahendis,
de Cameneco majoribus praesidiis firmando, et de aliis

bello tam ingenti opportunis. Decreta quoque reginae Ele-
onorae coronatio, Cracoviae quidem in sede regni, juxta
leges patrias fieri solita, sed tum Varsaviae, per ordi-
nes regni, ut fieret, concessa, longioris morae impedimen-
tis et sumptibus minuendis, praesertim in tanto aerarii
publici defectu, futurique apparatus bellici, alio vocan-
tibus inevitabilibus impensis. Ergo flos ille Augusto-
rum principum, totus Caesarum sanguis, Eleona cum re-
galis thori consors, ut throni quoque majestate et con-
sortio potiretur, triumphali pompa Varsaviam introdu-
cta, et a Regni Primate, Archiepiscopo Gnesnensi,
Nicolao Prazmovio, in basilica S. Joannis Baptistae
solenni ritu coronata est. Adornavit festivos coronationis
ejus honores, Michael rex maritus cum Principum ex-
ternorum legatis, et cum omnium Regni ordinum splen-
didissima facie, plausuque maximo, arcubus quoque tri-
umphalibus magnifice et sumptuose erectis, adjectisq(ue)
cum erudito praestantium ingeniorum concepta scripto-
ribus et panegiricis ex Universitate nostra operibus,
in lucem publicam datis, cum personarent omnia lae-
tis undique concentibus, tormentis bellicis; pyrobo-
laria quoque artificiosorum ignium spectacula adhi-
bita, ac nihil omissum, quod tantae principis hono-
ri, communique laetitiae debebatur. Comitiorum insuper

felix eventus, praesertim inter annos [animos?] adeo disparatos, Regem et Rempublicam exhilaravit; multis, quae praesens necessitas requirebat, bono publico egregie et unanimiter constitutis, promulgatisque, gliscente nihilominus malecontentorum contra regem validiori in dies odio, jamque robustius firmatis occultis machinationibus, quae deinceps annis subsequentibus erupere.

Annus Christi 1671.

Rebus Varsaviae compositis, cum Regni ditionibus illis magis provideri oporteret, quibus sub id tempus periculi majoris tempestas imminebat, Rex Leopolim Russiae metropolim proficisci statuit, ut ibi e propinquo remedia omnia efficacius tentaret, quibus militia Cosacica in fide retineri, invitamentisque gratiae regiae et amplissimis promissis ad seriam et constantem contra Turcas armorum nobiscum conjunctionem induci posset. Verum id postea quam successerit, et quam frustra tentatum sit: cladibus nostris, Camenecique et Podoliae ruina didicimus. Instabat quippe valido mentium impulsu Doroszenko, omnia permiscens, et fidei lubricae animos eo fortissime urgens

tissime urgens

tissime urgens, ut semel scelerate coepta nostro et tandem suo exitio maturaret, facili persuasione, apud sui similes, et ex magnitudine flagitiosae rebellionis, semper nobis diffidentes, immo etiam et in Taurica mancipia transire paratos, cum justae ultionis continuus terror, serviles illas animas, et semel excusso dominii nostri jugo retraheret. Ne tamen quidquam deesset, quod gentem illam suapte turbidam et tot jam secessionibus agitatam, semperque in deterius pronam, communi saltim religionis, cujus ipsa tenacissima est, periculo ad sumenda contra Ottomanum arma obfirmaret; consultum visum est, in principem, prout ferebatur, inclinatos allicere cogereque id, donec aliquid spei apud toties desperatos superesset. Sed rex, antequam in Russiam iter apparasset, Cracoviam prius cum regina Eleonora ad initium Martii venit, atque ibi constiterat in palatio Skarszeviano S. Christophori, vastae molis lapidea statua insignito; nunc vero magnifici et praecellentis viri Laurentii Wodzicki, Pocillatoris Varsaviensis sumptibus magnificentius restaurato. Salutatus est ab Universitate nostra, ore gravi et eloquenti, Alberti olim Lancucki Juris utriusque Doctoris et Professoris Generalis Studii nostri pro tunc Rectoris: ibidemque et regina ab eodem salutata non minus nos comiter excepit, quam et Serenissimus maritus suus, qui a nobis invitatus ad sacros cineres B. Joannis

Cantii invisendos, libenter id promisit, et praestitit,
commoditate ad id habita, cum ab aedibus D. Francisci,
in quibus feria sexta solidae quadragesimali devotioni
cum regina interfuerat, ad Collegium majus divertisset.
Hic primo celebrem imaginem Matris dolorosae, in ve=
stibulo ejusdem collegii sitam, coram qua Patriar=
cham nostrum frequentius orasse, et uberes e coelo
gratias recepisse, constans traditio est, devote vene=
ratus; ad ecclesiam deinde S. Annae descendit, bea=
tasque reliquias sacris osculis dignatus, fusis ad se=
pulchrum tot miraculis clarum precibus, quoni=
am dies ad occasum inclinarat, toti Universitati
gratiis actis, omnem nobis benevolentiae suae gra=
tiam testatus est.

Paucis deinde Cracoviae diebus commoratus, Var=
saviam movit, cumque itineri Leopolim destinato, om=
nia praesto adessent, huc iter direxit, urbem illam
primo regali suo ingressu exhilaratus, et mox ab
ea vere augusto magnificentiae apparatu excipien=
dus. Accurate hic et tempestive ab urbano magistra=
tu, et a civibus ejus loci, ad omnem humanitatem
apprime excultis provisum fuerat, ut adventanti
regi cum regina et toto aulico comitatu, decora
publici gaudii facies occurreret, turmis et cohor=

tibus juxta tribus urbanas ordinate dispositis vi=
ris, equis et armis more militari splendide nitenti=
bus, ignibus triumphalibus undique collucentibus, ma=
chinarumque explosione toties personante, donec omnia,
quae tanti actus dignitatem et generosi Leonis geni=
um decuerant, sincerissimus omnium applausus
consummaret. Bellicis deinde consiliis tempus impen=
sum: missi ad Cosaccos, qui eorum studia sollicita=
rent, et partibus nostris adjungerent: datum nego=
tium exploratoribus, ut hostium meditamenta
penitius scrutarentur. Quoniam vero Crimenses
Tartari, non modica manu, oris se Roxolanis infu=
deraint, itum obviam iis per cohortes militares
cum Luzevio, Castellano Podlachiae, viro fortissi=
mo huc expeditas, pugnatumque varia fortuna: nam
scythica illa procella gravius nostris incumberet, sed
tandem sub auspiciis regiis, strenua nostrorum vir=
tute repressa: ex qua tamen intelligi potuit, quan=
tum nobis mali a ponto et Asia in annum se=
quentem portenderet.

Constantinopoli interim, et per totum orientem
ac imperium Turcicum, decreto contra nos armorum

motu ingenti, omnia validissimo exercitui sufficienda undequaque parabantur, fervebatque opus futurae expeditionis tanto ardentius, quanto id magis urgebat, quod statuisset, Muhametes IV Turcarum Imperator in persona sua expeditioni huic adesse. Moti contra nos non tantum Europaei populi, sed etiam ab ultimis Asiae finibus excitatae gentes. Han Tartarorum, ut numerosissimas ad hoc bellum armaret copias, praemonitus: accolae Danubii, quae transportando exercitui, machinisque bellicis, et tot castrensibus impedimentis usui forent in promptu habere jussi; referentibus id passim et nuntiantibus, quos utpote provinciis illis viciniores tanta praeparamenta latere non poterant. Sola domi apud nos malevolentia non credente, miraque animorum confusione, omnia haec in crepitaculum terroris componi, ut Regi et sequacibus ejus illuderetur, exitialibus commentis spargente. Hoc quippe agi spectris illis, et fictitio belli tonitru a nonnullis credebatur, ut Rex ceu tantis periculis avertendis vel propulsandis impar, quod minus addicti volebant, abdicandi se regno propositum iniret, eligeretque potius tutiora, licet

minus augusta, quam majestatem cum discrimine infidam et invisam. Quin et scripta quaedam prodibant in publicum projecta, Regem carpentia, vel ut tanto regimini haud idoneum, bellicis artibus et experimentis non instructum, animo pavidum, et consilii inopem, semperque a Viennensis aulae et Austriacorum arbitrio pendentem; cuticulaeque potius curandae, et ludicris proscoeniis, quam heroicis operibus intentum. Non defuere quoque, qui et Reginae Eleonorae animum, a malevolis pertentatum disseminarent, ut divortio cum Rege facto, alteri nuberet, qui et matrimonio ejus, et regno utilior foret. Intervenerant ad haec inter Lescinium, Cancellarium Regni et Olszovium Procancellarium graves offensae; eruperant in Comitiis regni criminationibus et fomentis partium, quamquam Olszovius solita animi magnitudine moderatius se in illis gessisset, facilis reconciliationi, quae tandem Regis auctoritate et Senatus interventu coaluerat. Nec minor in Equestris ordinis provinciales nuntios concertatio, publice privatimque inter nobilitatem pro Rege et contra varii sermones

conventus turbidi, et usque ad vulnera et sanguinem
praesertim in majori Polonia progressi: querulabantur
alii, Regem innoxie peti, animo dejici, consiliis destitu=
ti et omnino relinqui, ut eum curarum infelicium
taedeat, dum nemo eas prudenter alleviat, quinimmo
plurimi alleviantibus obstant. Contra zelabant, quam=
vis pauciores pro Magnatibus Regi oppositis: Reipu=
blicae eos bene velle et optime consulere: ex justa peri=
culorum aestimatione non frustra angi; desiderare in
principe animum magis impendentibus majorem: Auli=
cos Regis aures praeoccupasse et mentem possedisse,
dum a commodis suis curialibus abstrahi nolunt,
dictitantes. Unde miscebantur et in deterius urge=
bant omnia: gliscebat animorum dissociatio: consilia
quantumvis sincera et salubria pro suspectis ha=
bebantur: nec inter factionibus distractos constare
poterat, quis melius pro Republica et de bello tan=
ti momenti sentiret. Superavit nihilominus turbi=
nem hunc durum telum, necessitas et exitium
omnibus paratum; dum licet varie involveretur,
in oculos tamen etiam incurrebat, donec magnitu=
dine sui resupinos licet et oscitantes convinceret,

indictis in annum sequentem generalibus Regni comiti=
is, rebus patriae adeo nutantibus ac prope in ex=
tremo positis serio consuleretur. Exspectabat id tota
Christianitas de antemurali suo in nobis sollicita, Ro=
manusque Pontifex Clemens X. qui tum ecclesiae Dei
praeerat, inter pretiosa ab urbe per Petrum Korycin=
nium, Praelatum suum domesticum Regi donaria missa,
ut rebus nostris et successibus Regis benediceret: gla=
dium quoque benedictum, auro et gemmis fulgentem
contra inimicos Crucis Christi miserat, quo nos ad
praelia Domini obarmans, quantum nobis cum
barbaris gentibus negotii impenderet, paterne admo=
nebat. Munera haec summi Pontificis Varsaviae
in basilica S. Joannis Baptistae a Legato Apostoli=
co solenni ritu oblata, redditaque, excepta sunt ho=
norificentissime, cum in iis testaretur vigilantissimus
Ecclesiae Pastor, summe propensam in nos volunta=
tem suam; idque signis illis externis ageret, ut con=
junctis intus animis et consiliis praevenientem
ejus gratiam, et Apostolicam benedictionem in
re tam ardua sequeremur. Utinam vero id in illo
calamitoso patriae nostrae statu, secuti fuissemus!

nunquam eo res nostrae decidissent, quo deinceps
velut in praeceps actae sunt, illis prope impellen=
tibus, quorum interfuerat obstitisse. Sed haec ipsa
rerum tristissima facies, quae mox successit, quam=
vis in compendio, sub oculos efficacius dabit

Annus Christi 1672.

Hic ille annus est, de quo Prophetae illud jure dici
potest: Virgam vigilantem ego video. Vigilavit quippe
hoc anno virga Domini, ut castigans castigaret nos;
utque sub potenti manu ejus humiliaremur. Eadem
tamen dextera Excelsi, quae nos juste flagellaverat,
fecit nobiscum virtutem, ut voragine illa non poeni=
tus absorberemur, in quam vix non sponte praecipi=
tes ferebamur, nisi misericordiae Domini fuisset, qua
non sumus consumpti. Nam ut a generalibus Re=
gni comitiis ordiar: in his frequenti quamvis Se=
natus et equestris ordinis concursu, ambigua, tre=
pida disparataque audiebantur. Cardo rei et sum=
ma deliberationis bellum Turcicum, paucis credi=
tum, pluribus vero inter adinventiones commentitias
partibus Regis oppositorum habitum, ac ideo negle=
ctim et frigidiuscule de eo actum: quamvis sum=
mae virtutis et prudentiae

mae virtutis et prudentiae heros, supremus tum Regni
Marschalcus et exercituum Dux Joannes Sobjeski, se=
renissimus nunc Poloniae Rex certo certius assereret, et
convinceret, omnino illud nobis parari, et hoc ipso an=
no jam in foribus esse. Aegre tandem eo instante tra=
ctari coeptum de nervo belli, de splendido exercitu, de re
tormentaria et commeatu, de Cameneco majoribus prae=
sidiis firmando: quibus omnibus extreme urgentibus
in tanta aerarii penuria et angustia temporis consuli
et subveniri, ut par erat, non potuit. Inter haec, quod
majus est, in quibus tota ratio consilii stare et fundari
debuerat, intervenere, quod dolendum, intempestiva quo=
rundam molimina, diu sub cinere doloso latentia, sed
jam tandem in apertum producta: nimirum qui Regem
velut tanto bello imparem, prout diximus, reputabant:
detersa ad extremum fronte adiere et insistere, ut se Re=
gno abdicaret, poneretque curas, quibus non suffice=
ret, melius in alium magis transferendas. Perculit
ea res, quamvis non inopinata, cum rumoribus variis
antea praevolasset, dolenda tamen et ignominiosa in=
nocentem Regis animum, commovitque valido impetu,
sed non fregit, nec dejecit. Generosus quippe Visniovecia=
nus et de Regum sanguine tradux spiritus, indolis
suae non oblitus, adeo indigna et pudenda suadentibus.

Malle se potius mori, quam id dedecoris admittere, sar=
tis auguste respondens, murum se aheneum opposuit. Su=
peresse sibi tantum animi, sanguinem et vitam, se non
tanti aestimare, ut pro Deo, religione et patria eum pro=
fundere non sit paratus: agerent modo secum sincere,
et prout fideles consiliarios decet. Unirent animos, et
pectora opponerent. Irent contra discrimina et barba=
ras gentes prisca virtute polona: experturos se regem
de medio sui habere, qui pro iis, quorum sanguis est,
mortem, inquit, aestimet pulcherrimam. Deus, inquit,
qui me ad regnum vestris suffragiis elegit, dominus
exercituum est, cui potius non ullis viribus humanis
aut bellicis artibus fidendum. Per eum Reges regnant,
proeliantur et vincunt, non in curribus aut equis, sed
in nomine Domini, quod super me quoque invocatum
est, cum in Regem ungerer, et in me fiducia tota.
Hac regia animi magnitudine et spe in Deum firma re=
pressi non nihil, et animo suspensi, tum recessere. Caete=
rum nox illa, quae successit, nimium anxia Regi et pro=
pe insomnis fuerat: in qua humi prostratus, altumque
spirans, fusis ad Deum precibus, protectori in se speran=
tium causae suae innocentiam commendabat, obfirmabatq
augustum pectus contra imminentia, si forte gravius in=
valuissent. Aggravabat et illud, quod eadem capita fa=

ctionis, Reginam quoque adierint, eoque inducere tentave=
rint, ut speciosis conditionibus separari a Rege marito
vellet: sed invicta ejus constantia et fides conjugalis
probrum id animose rejecit: cum se dilectum conjugem
non deserturam, quaecumque sors eum maneret, heroice
declarasset: magnificaque illa promissa majori animo
despexisset. Nec defuere quoque in hoc casu amica Regi
fidaque pectora, masculas cogitationes et robur animi
imperterritum subministrantia, viri senatorii, et offi=
ciales Regni complures, serio et fideliter principi adhae=
sere, dederuntque juratae fidei illustria specimina: vi=
ta sibi cariorem throni regalis securitatem fore testati,
et contra adversantium conatus incorrupta et cordata
virtute erecti. Equestris certe ordinis zelus pro principe
omnium maximus partibus oppositus terrori fue=
rat, cum provinciales Nuntii, seu manibus datis ca
inconjunctissimi stetissent, ne Regis innoxii majestas
quidquam detrimenti pateretur, atque ut tentamina
illa, nec tempori opportuna, nec gentis Regibus suis
fidelissimae, parato tot seculis glorioso nomine, quocun=
que tandem praetextu velarentur, penitus subsiderent.
Haerere igitur, qui contra nitebantur, et quamvis pro=
posita sua exequi flagrantissime cuperent, dissimu=
latione ad tempus necessaria, rati, conversis ad publica

negotia animis, curas bello imminenti utiles suscepe=
re. Extracta consultatio haec longius, quoniam omnium
difficillima, diu quaesitis remediis, vix ulla efficacia
invenit: praeter decretam in subsidium ordinarii exer=
citus generalem cum Rege totius Nobilitatis expediti=
onem, atque propositam sed postea remissam Came=
neci curam, postquam inexplicabilis ille animorum
aestus et turbo omnia confudit et intervertit.

Porro Machometes Turcarum Imperator, coactis
undique copiis et apparatu bellico ingenti, ut tempus
bello opportunum advenit, universum exercitum ver=
sus Danubium procedere jussit, subsistens interdum
et castra sensim promovens operiensque, si forte lega=
ti a nostris submitterentur, et tanto malo jamjam
appropinquanti occurrerent, quod non factum, ma=
gnus postea Vezyrus, dedito Camenecco, inter miseros
illos et lamentabiles tractus, commissariis nostris
exprobravit, inquiens, aequiores pacis conditiones
nobis paratas fuisse, si cis Danubium, vel sal=
tim cis Tyram cum porta Othomanica transegissetis.
Sed haec erat dies visitationis nostrae, quam cum
Hierosolima a Vespasiano olim expugnanda, non co=
gnovimus, nisi infelici experimento nostro: dum fa=
bulam peragi, vel gladiorum munus institui, supine

fatui existimamus. Unicus erat, qui rem hanc pro=
fundius in cor admisisse visus est, pro Deo et patria
zelozissimus Andreas Trzebicki Episcopus Cracoviensis,
qui peditum quinque cohortibus, aere proprio collectis
et abunde instructis, Camenecum eas praemiserat, cum
praesidium loci illius septingentis nonnisi peditibus
constaret; tuendo vix exiguo castello, non propugnaculo
totius Christianitatis sufficiens. Adulta jam aestate
formidandus Turcarum exercitus, trecentorum prope
millium, late patentibus Daciae campis, transmisso
Danubio, apparuit: motisque deinceps castris, circa
ripam Tyrae ad Chocimum consedit, Chano quoque Tau=
ricano cum numerosissimis Scytharum copiis, castris se
Othomanicis conjungente: moxque ad initium Augusti
cum progressis ad Tyram Turcis, a nostris, qui Camene=
co eruperant, velitationes aliquot factae, conspectique
campi Dacici tentoriis in immensum extensis, visum
prope effugientes. Quod cum ii, qui viderant, et veli=
tationibus interfuerant, sub jurejurando per literas
nunciarent, obtestarenturque per omnia sacra, ut
crederetur, fidem in illo stupore mentium an fascino
non invenit. Ergo hosti de exercitu nostro cum nihil
penitus constaret, nec ulla bellica manus, quae ulteri=
orem fluminis Tyrae ripam utcumque tueretur, com=

pareret, jussu Imperatoris motae trans flumen copiae
vastaque illa tot gentium moles cum impedimentis ca=
strensibus secure in adversam ripam ponte strato tradu=
cta, fines nostros attigit, et mox in conspectum Came=
necei formidanda venit. Tum demum, qui Camenecei cum
potestate militari praeerant, et qui ex vicina nobilitate
plebeque agresti eo confugerant, magnitudinem periculi
sui et exiguas vires agnovere: loci quidem munimento
et prodigiosae illi rupium a natura circumvallationi
confisi, sed defensorum numero, prout res exigebat, et
ope alicujus subsidii omnino destituti, sola in coelum
restabant alto gemitu ducta suspiria, et extremum
sed maximum ad altaria divina perfugium; Anti=
stite Camenecensi Lanckoronio, qui afflicto tum
ovili suo tum aderat, ad ferventes supplicationes
praeeunte, mentesque trepidantium, auxilii coelestis
invocatione et fiducia corroborante. Praesidiarii
interim per Tribunos et Centuriones suos ad tu=
enda moenia dispositi: inductae majores vigiliae; ar=
ces geminae, quae Camenecei antemurale sunt, validi=
ori manu armatae, et cum discrimen ipsum satis
adhortaretur, itum est sponte ab omnibus, qui arma
ferre poterant, ad avertendam ultimi interitus pla=
gam, in oculis jam haerentem. Turcae quoque non

differendum rati, urgente praesertim Imperatoris praesen=
tia, paratis omnibus, quae oppugnationi tantae opportu=
na fuerant, ingentibus machinis contra arcem primo con=
versis, tonitrua bellica fragore coepta, indesinenter pro=
pe continuarunt. Portentosa haec vis machinarum, con=
cusserat non modice turrim arcis, vix non hiantem:
tentatae quoque suffossiones, actique subtus cuniculi,
ut per eos nitrati pulveris vasa grandia et numerosa, ca=
vernis inducta et in iis succensa turres et moenia de=
molirentur. Fervebat opus immane in unam et alte=
ram hebdomadam productum: obsessis quoque rem
strenue quidem agentibus, sed Turcarum strage
exigua; cum pulvis tormentarius diu in subterra=
neis Camenecei depositoriis servatus, situ illo, exploden=
darum glandium vim debitam amisisset, fatigabantur=
que exinde praesidiarii, in paucitate illa vices alternas
non habentes, continuisque explosionibus et excubiis
premebantur. Instabat porro Othomanus, operas pro=
moveri die noctuque jubens, et cum in locis saxosis
cuniculi subterranei minus proficerent, validissimo
tormentorum impetu urgebat, ut tandem arcis concus=
sae moenia fatiscerent, ac irruptioni patere possent,
jam non exiguo propugnaculi exterioris damno et
vicini excidii metu. Maxime tamen obsessos derelictis
illa et spes ferendi subsidii conclamata angebat, hor=

rendumque potentiae Turcicae spectaculum, quo exanimari videbantur non praesidiarii quidem, quibus satis animi superfuerat: sed turbae illae varii status et conditionis intro admissae: illustres praesertim matronae lamentabili comploratione omnia complentes. Antistitis Camenecensis pedibus advolutae maritosque suos per fidem datam adjurantes, ne imparibus viribus, irritoque conatu contra immanem potentiam niterentur, neve fastuosum illum tyrannum obstinatione defensionis ad ultimum sui excidium et misera fata exacerbarent.
Squallor ille, luctus, consternatio et res quasi sub ictu proposita, impulit tandem pavidos et mori pro patria minus paratos, cum Turcis pacisci, et antemurale Christianitatis, levi eheu negotio, in manus spurcissimi Mahometis tradere: quod ille missis nunciis avide excepit, conditionibus deditionis per magnum Vezyrum declaratis, diem atro calculo notandam funestae illi deditioni assignavit.

Aderat 29 Augusti, dies illa non Poloniae tantum, sed toti Christianitati extreme dolenda, qua patentibus portis, cohortes Turcicae Janizerorum, tripudiantibus animis Camenecum introiere, ingenti luctu et probro nostro, quod non nemo ex fortissimis praesidiariorum nostrorum, vir natione exoticus, animi dolore victus

cum ferre non posset

cum ferre non posset, supposito vase pyrii pulveris, illique insidens maluit voluntario illo incendio, in conspectu Turcarum perire, quam tantae et tam pudendae cladi, cum nedum vis extrema tentata fuisset, supervivere. In illa miserabili rerum facie accidit et illud non minus atrox et triste. Nam cum Turcae praesidium in urbem inducerent, peditatusque noster pro more militari expansis vexillis in turmas et ordines suos dispositus egressum Camenceo operiretur, in pulveris nitrati vasa circumjacentia, quae a nostris scintilla ignis fortuito incidens, vasaque illa momento corripiens, cum horribili fragore in vicinum peditatum nostrum totam vim flammarum evomuit, strage militum gravissima et miseranda: ex quibus centum sexaginta prope, pars illico absumpti interiere, pars membris mutilati, lacerati et vulnerati sunt: Turcis ipsis primum attonitis, mox dolum aliquem intervenisse suspicantibus, donec re penitus cognita, ex illo lamentabili spectaculo ipsos etiam hostes miseratio coepit. Post casum hunc infelicem abiere nostri squallidi et gementes, procedebantque per medium Turcici exercitus, juxta cohortes et legiones suas numerosissimas, ceu in aciem instructi, eheu grex nostrorum quam pusillus, et in comparatione hostilium copiarum ne videri quidem dignus, moventibus capita et admirantibus Turcis, quod Camenceo, loco tanti momenti

et tam a natura munito, contra totius vires orientis, adeo
exiguam defensorum manum Respublica nostra providisset, de=
spectuique habebant aliquot illas turmas, laceras et semiu=
stas, indignum rati, Turcarum Imperatorem cum validissi=
mis copiis ad tantillos expugnandos in persona descendisse.
Subvehebantur curribus impositi, semineces illi fortuito in=
cendio prope discerpti, ad vicinum oppidum Jagielnica
dictum curationis ergo abire permissi. Porro Episcopus
Camenecensis cum fratre suo Lanckoronio Succamerario
Podoliae et cum aliis illustribus viris, ad tentorium Impe=
ratoris deducti, immanique fastu excepti, cum vix in ejus
conspectum venissent, reddita barbarae illi majestati reve=
rentia, protinus amoti, coeptumque iter continuare jussi sunt.
Post quorum discessum Mahometes Imperator, Camenecum
solenni pompa ingressus, miraculumque illud naturae serio
contemplatus, stuporem et neglectum nostrum damnavit, ac
velut jam Sarmatia tota potitus, fructu victoriae laetus,
ipse triumphalibus suis nimium applausit. Cum vero
Podoliae campos et saltus venationi ferarum optime ido=
neos a nostris rescivisset: subsistere hic venationis gratia
et ut successus ulteriores praestolaretur, decrevit: Ka=
plan Bassa interim cum principe Scytharum et cum Pe=
tro Doroszenko Cosacorum Duce nefario, ad subjuganda
reliqua Podoliae loca ac potissimum Leopolim, cum

centum millibus armatorum expedito. Circa quam urbem
tantis viribus oppugnatam, sed divinitus plane servatam
quantum hostes, quantum obsessi egerint, ut fidelius refe=
ram: libet ex Bartolomaei Zimorovicii Consulis Leopolien=
sis, viri eruditi, obsidii hujus accurata descriptione, qui
praesens aderat, nonnulla decerpere. Scribit ille 21 Septem=
bris, antequam tempestas Othomanica urbi incubuisset, pro=
cella Tartarica antevertens, colles vicinos atra nube ope=
ruit: quae cum ultra teli jactum stetit, sine ullis missili=
bus cum sole obeunte recessit. 22 et 23 Septembris,
biduo hoc Scythicae phalanges densis ordinibus ante ob=
sessorum oculos, qui primi in praeliis vincuntur, con=
stiterunt: simulque pomoeria civitatis adeo proxime prae=
terequitabant, ut se e fastigiis turrium per tubos opti=
cos discerni, numerarique facile possent: pauci illorum loricati:
plures semiermes, sagulis gausapinis pubetenus tecti, o=
mnes autem inferni aspectus homines parce praemulati,
decades equorum clientariorum, saccis ad manubias
asportandas oneratorum, post se trahentes.

Nocte appetente incendiarii aliquot a praeside urbis
coeca janua emissi, faces aedificiis antemuranis, ne hosti=
bus receptui forent, subdiderunt. Momento igitur tem=
poris omnes tabernae diversoriae moenibus vicinae, ae=
desque materiatae per hortos proximos amoenitatibus ae=
stivis structae, in flammas abierunt, suisque ignitis ar=

doribus velut corona vallari urbem cinxerunt: eadem
inclementia ignium sacellum minus, memoriae Cruci=
fixi dicatum, haustum periit

29. Septembris summo mane Czauscius sive nunci=
us Soltanicus portulam civitatis orientalem, equo adve=
ctus, intromitti se petiit: admissus herum suum regulum
Tauricanum, benevolentia primum cum civibus, certa=
re constituisse: ad quam prolixius contestandam Proto=
notarium suum intimum, sine mora, missurum dixit: Ci=
ves quoque hanc ejus propensi animi significationem,
dextra manu sibi porrectam si itidem dextra recipere
voluerint, aliquot primores Civitatis ad colloquium mu=
tuum designarent. Re in senatu bellico civilique venti=
lata, non irritandos crabrones universos censuerunt:
statimque per Consulem prius a me nominatum, cives
aliquot armatos et Fridericum Megebim legatos suos
expediverunt: qui foras egressi in curia seminusta fossae
urbicae proxima, mali commatis transfugam Mauro=
scium, profugorum e Lituania Tatarorum authorem
cum aliquot Crimensibus Tartaris equis insidentibus
offenderunt. Hic a Hano civibus salutatis, multum
super potentia Othomanica ipsiusque Caesaris beni=
gnitate Diis immortalibus aequali blaterans: Po=
lonorum autem triste supercilium, enormia tributa ex=
aggerans, exemplo urbis Camenecensis deditionem ci=

vitatis in manus Turcicas persuadere laborabat: Hano
ad eam rem operam suam vadimoniumque per eundem pro=
mittente. Verum cum Leopoli neminem sui similem perfidus
homo invenisset, irritus legationis abiit: Hano tamen
pro ejusmodi studio gratiae amplissimis verbis actae.

Adulta die signa Taurica auro vibrantia in conspe=
ctum venerunt: rara illa quidem, verum sub signano milite
frequentia pedestres manipulos Janisarorum sub talaris
expansis, Tribunus eorum Janisar Aga ducebat. Horum
terga operae castrenses, fossores, fabri, cunicularii pre=
mebant: quorum in medio machinas murales 20. multa
paria bubalorum trahebant: rem tormentariam, cibari=
am, aliamque suppellectilem bellicam greges sarcina=
rii mulorum, asinorum, camelorum ferebant: claudebat
prolixum agmen Satrapes Kaplan Passa, equo Stra=
tico basilice constrato, sublimis: coram quo vice Strac=
ambulonis camelus ingens, tela auro texta, genua ad=
usque coopertus ducebatur, qui dorso suo gibboso li=
brum elephantinum ex deliriis Mahometis consarcina=
tum gestabat. Hunc Turci transeuntes velut baju=
lum Isidis mysteria portantem, nonnisi capite pro=
no circuibant. Pone illum signifer vexillum grande
prasinum, literis cubitalibus, charactere arabico scri=
ptis conspicuum explicabat: latera duo pilani, ju=
bas candidorum equorum contis suspensas gestantes

stipabant: a tergo concatervati Janiseri, sclopetis longioribus, velut ad praelium instructi sequebantur. Interim dum purpuratus Kaptan Bassa oculos aspectu urbis eminus pasceret: metatores castris stationes regionatim designabant: Turcae loca confragosa soli orienti obversa, tentoriis versicoloribus occuparunt, in quorum meditullio conopaeum, locum castello non absimile erectum est: intro multis moenianis foriculis conclaviis distinctum, extra septo continuo clausum, sedes ipsi purpurato, militibus praetorium futurum. Collinas convalles austrum respicientes Moldavi, Valachi, Transsylvani, suppetiae clientelares Turcarum insederunt: Tauricanus dynastes cum numerosis hordis in partibus diei cadenti vicinioribus mapalia sordida posuit. Petrus Doroszenko (Lucanus:

Vir ferus et regnum cupienti perdere fato
Sufficiens.....)

Spartacos suos verius quam Cosacos ad aquilonem collocavit, taliqve modo stativis in orbem dispositis Leopolim non terreis aggeribus, sed vivis corporibus undique circumvallarunt, omni exitu, introituque ad eam praecluso.

27 Septembris dubia adhuc luce omnes insimul belluae fulminatrices horrendum fragorem dederunt, ut coelum

ruere, solum e fundo mugire videretur. Nec segnius obsessi e septuaginta machinis ignivomis toto die, non tamen aequali boatu, illis respondebant. Siquidem Turcicorum tormentorum rictus, bolos e chalybe fusos 24 librarum pondo egerebant, multoque vastiores crepitus edebant, exiguo nihilominus damno aut cristas turrium supervolantes aut summitates tectorum delibantes, propugnatoribus interim sub pluteis loricisque solissimis secure defensioni advigilantibus.

Eodem matutino operae Turcicae binos accessus subterraneos principio a stativis suis facto, moliri coeperant, alterum, ubi colles vinearum molli se subducere clivo incipiunt contra munitiunculam semifactam: alterum per planum viae Semricianae ad parthenonem virginum D. Clarae ducentem. Verum Praefectus Janizarorum non exspectato fossitio tramite, primus passu admisso, coenobium illud involavit, cujus exemplum Janisari inter densum plumbatarum grandinem sparsim cursimque secuti sunt. Quamvis autem plerique illorum pillulis fistularum manualium (: vix enim ducentis passibus a propugnaculis urbis distabant:) configerentur: ultimi tamen per calcata priorum cadavera in claustrum illud se receperunt, ubi cinctura muri lateritii totum coenobium ambientis, a missilibus urbanis securi cuniculum coecum subter moenia monaste

rii PP. Bernardinorum ducere coeperunt, et per sub=
sequens biduum alternis vicibus integri fessis succedentes
ad ipsum murum produxerunt. Qua suffossione crypti=
ca perterriti claustrales simul, et advenae ibidem ho=
spitantes passim dilabebantur: quin et praesidiarii
communi metu abrepti, stationes per flagitium deseru=
issent, nisi a machinatore bellico edocti, ex adversa par=
te parietis fovea excavata, aquisque repleta, technema
hostilem contraria stropha frustrati fuissent.

Magistratus civilis a quotidianis transfugis vincula
Turcica elapsis edoctus, excubias castrorum hostilium in=
frequentes laxasque incuriose agere, praesertim forum
rerum venalium basar nuncupatum, non modo mercatu
esculentorum poculentorumque verum etiam institis
mercium exoticarum, officinisque collibystarum opu=
lentum, duplici ordine in campos usque exporrectum
nonnisi ab una decuria Janisarorum oscitanter asser=
vari, excursionem nocturnam adornare statuit, ad
quam citius maturandam urbanum sine nomine
vulgus cum rusticanis furandi quam pugnandi me=
lioribus cum stimulabat: qui singulis prope noctibus
clam urbe egressi a pascuis antariis camelos, bubalos
asinos, furtim abactos intra pomoeria agebant.

Quare communicato

Quare communicato cum Gubernatore militari consilio, 40. e
gregariis, secundariisque civium delecti, secunda noctis vigilia
extra moenia Psevodolhiro abierunt, quorum tanto plures
Mechanici lixaeque dulcedine praedae illecti numerosos au=
xerunt. Hi dum silenti agmine inter fossas submoenianas
tempus irrumpendi praestolantur, fremorem, murmurque mul=
torum hominum obstrepentium, jumentaque stimulantium a lon=
ge accipiunt. Postmodum ab emissis speculatoribus certiores
facti, quatuor murifraga tormenta ad quatiendum claustrum
PP. Bernardinorum cum multo hominum boumque labore
machinatores Turcicos admovere, confertasque cohortes ja=
nissarorum praesto illis adesse. Ea propter in accinctos prae=
lioque paratos, velut in districtum mucronem incurrere
emissariis nostris visum non est. Postquam autem suadenti=
bus sideribus somnum, major pars eorum in stativa reces=
serat, tum demum aggressores trifariam dispertito prae=
misso valido clamore, tympanorum sclopetorumque explo=
sorum fragore, in extremum agmen irruentes, ad satieta=
tem ceciderunt, sub ipsam stationem nocturnarum vigilia=
rum, more pecorum eos propellentes: nec nisi ab ipso limine
castrorum Turcicorum paucitatis suae conscii pedes retulerunt.
Qua vociferatione incursantium et quiritatum fugientium
semisomnes alii exciti, lymphatorum more, arma conclamare
equos sternere, farinas convasare, mulis dorsuaria suppelle=
ctilem castrensem imponere et fugam spectare non destiterunt,
donec noctis tenebras consurgens aurora fugasset. Redeunte

igitur die, operae quoque Turcicae ad pridiana molimina redeuntes, pars in averso monialium muro portula pertusa, infusi omnia cubilia Vestalium insederunt, ex eorumque la-tibulis defensores monasterii Minoritarum destinatis glan-dium ictibus petebant. Alii adytum caecum sub moenia ascetica nudius tertius inchoatum continuabant: potissima autem pars illorum aggeres fossasque transversis per vicum Argileti eductis 4. machinarum currulium ora in cellulas PP. Bernardinorum obversa, incessanter onerabant, exone-rabantque cum maxima obsessorum consternatione et dis-crimine: quodsi enim libratores Turcici in uno eodemque puncto murum verberare perseverassent, brevi in terram illum arietassent; verum distinctos ictus recentibus locis impingentes, nihil nisi profundas cicatrices in plagoso pariete reliquerunt.

29 Septembris. In crastino autem matutino aureorum verborum nuntius a Kapitan Bassa ore, non manu ramum praetendens olivae in civitatem venit: qui praemissa brevi salutatione duumviros Polonicos ad inducias cum porta Otto-manica pangendas in castris jam adesse significavit: interim ferias armorum ab utrinque servandas induxit. Tum pri-mum gemitus, rugitus, fremitusque belluarum bellicarum subito conticuerant. At cives diurnis nocturnisque ex-cubiis fessi, portas, muros speculas remissius vigili sta-tione tueri coeperant. Verum Proconsul idemque militiae asticae praefectus, non nescius, etiam Danaos dona feren-tes timendos esse, procubitores duplicare, circuitores ali-

quoties per noctem recensere, e servitiis Turcicis singulis diebus in civitatem sese recipientibus consilia hostium ex-piscari, nonnullis civium velut in portu navigantibus, im-portunam ejus diligentiam, clanculum suggilantibus: cae-terum non frustra fuit ejusmodi circumspectio. Nam indicio unius fugitivi innotuit, Turcarum operarios suffossio-nem sub moenia PP. Bernardinorum coeptam inobservabili silentio continuare.

Quamobrem Religiosi ne explosionibus sclopetorum sancti-tatem induciarum violarent, lapidatione contra dolosos Sino-nes instituta, multos ex iis saxis desuper jactis afflixerunt, subterraneos vero meatus aquis superfusis inundarunt.

30. Septembris. Noctem pacatam dies pacatior excepit, qua ineunte nobilis Dnus Joannes Wieniawski ob fidelem operam regno toties praestitam in equestria receptus tum quoque legationis memoratae internuntius praesto adfuit, civesque de mane in curia comitia de capitibus suis agen-tes adventus Illustrissimorum Dnorum Francisci Lubowicki Castellani Volhiniae et Joannis Szumowski Proquaestoris Thesauri legatorum regni certiores fecit. Ad quos ut ci-ves interventores suos utrique (sine quo hostes nulla-tenus obsidionem solvere voluerunt) sanctores ablegarent, admonuit

Prima Octobris Legati Civitatis ad castra Turcica mis-si de litro componendo, tandem e castris in urbem reversi litrum omnino contribuendum esse, nuntiarunt, factaque capitatione civium per consequentes dies litrum exige-

batur, quod cum ex integro, ut Turcae volebant, colligi
non posset, parte ipsius exsoluta, in reliquo dati 8 obsides,
et in crastino ad castra Turcica descenderunt.

3tia Octobris. Postridie ejus diei postquam praefati obsides
longum vale parentibus alii, quidam conjugibus, nonnulli dome=
sticis universi autem municipibus suis dixissent, frequenti corona
civium prosperum itum reditumque illis apprecantium cuncti ad
Ephoros regios deducti sunt, quos illi Antistiti hostium velut
hostias succedaneas saluti publicae immolandas praesenta=
verunt. Hic vero oculis torvis curiose lustratos nomencla=
tori suo in tabulas referre mandavit, deinde Janissarorum
praefecto in custodiam dedit

6. Octobris. Hucusque Leopolis conclamata, omnibus ani=
mam agere videbatur, hodie primum spiritum vitamque re=
cepit, quo Turcas receptui canere audivit, castraque retro=
movere conspexit: adhuc enim dubia luce tympano tubae, ti=
bicinesque stridui tesseram vasorum colligendorum, albescen=
te autem die laharum e praetoriano tabernaculo prolatum
profectionis signum dederunt. Praemissis igitur cohortibus
exploratoriis in primo agmine fulmineae machinae ma=
jores octo, minores duodecim multo hominum bubalorumq
labore trahebantur. Pone hos cameli, muli, asini, sarci=
narii gregatim ibant. Hos Janissari concatervati seque=
bantur, istorum tergis equites spilani densis vexillis dis=
creti imminebant. Valachi, Moldavi, Cosaci latera, Tar=
tari terga abeuntium custodiebant: quorum postremi
omnium pessimi aediculam durateam principibus Apo=
stolorum in ipso margine suburbii positam succenderunt.

indicem discessus sui pyra hujusmodi conterraneis sur=
sum versum palantibus dantes. At cives tantisper a ma=
lis geniis insessi, nunc demum liberati alii domicillia DD.
tutelarium gratantes orantesque complevere, animas suas
sicut passeres de laqueis venantium ereptas, laqueos con=
tritos, se vero in libertatem dextera Domini assertos,
cum vate regio decantantes: juniores autem superatis
cacuminibus collium eminentium, quantum acie oculo=
rum pertingere poterant, terga hostium persequebantur.
Egentissimi quique mendicabulis circumforaneis immisti,
in ipsa stativa hostium involantes tuguria macellaque
relicta diripiebant: bustuarii autem sepulchreta Turcica
scrutati e rancidis morticiniis illorum syndones, linteamen=
taque detracta sibi aptabant. Caeterum qualem vastita=
tem civitati hostilis manus inferre nitebatur, in tugu=
riis submoenianis ad vivum expressit. Ruta illic, caesaque
omnia: aedes sacrae in stabula equina, mansionesque
camelinas, asinariasque versae. Ex andronibus, parthe=
nonibusque consistoria omnis turpitudinis facta, ipsa alta=
ria diruta, sessibula semiusta, corpora fidelium loculis
mota, canibusque ad laniandum relicta, statuae divo=
rum variis contumeliis ludibriisque dictu infandis af=
fectae, privatorum domus pars solo aequatae, pars igni
datae, prorsus a capite ad calcem in utroque suburbio
nihil sani, salvique relictum, omnia pessumdata et pro=
prius cineribus sepulta: sola civitas per tres obsidiones
oculis non manibus contrectata, favore coeli propitii

velut virgo illibata permansit, ut sine injuria Flaviae
acroama per Scaligerum scriptum arrogare sibi possit:

Coelitum patria est, coelum cui militat omne
Urbsque Dei pro qua dimicat ipse Deus.

Dum haec ad Camenecum et circa Leopolim geruntur,
Rex Michael, qui cum nobilitate ad expeditionem publi=
cam convocata, castris ad Golab in tractu Lublinensi po=
sitis ad subveniendum patriae extreme periclitanti consti=
terat, eousque hic dubius animi et inter turbida consilia, re=
rum incertus ancepsque haerebat. Numerosissimae sane ci=
viles copiae, quarum decades aliquot millium censebantur,
ex Palatinatibus ad eum confluxerant, viri armis quidem
et apparatu bellico, sed non animis instructi, metu et variis
suspicionibus praeoccupati, nec tam ad succurrendum spe=
bus jam prope conclamatis, quam potius ad factionum
capita investiganda, indicandaque parati, qui cum nihil
agerent, ut tamen aliquid agere viderentur, ex castris
subsellia judicialia fecere. Inde varium totis castris mur=
mur, confusio, indignatio, denique furor in unius tan=
dem Bronicii caedem effusus, qui molitionum contra
regem, incertum, convictusne, an tantum insimulatus,
in illo horribili aestu, omnium prope manibus et gla=
diis confossus victima pro omnibus interiit. Saeva
haec tempestas invaluisset haud dubie, et plures ali=
os, nisi rex mansuetus et injuriarum oblitus, multos
ex iis ac nominatim Joannem Wielopolscium, pincer=
nam regni, ut sibi consuleret praemonuisset, qui noctu

castris tacite elapsus, citatis equis impetum furentium effu=
git. Ventum deinde eodem furore ad judicium inauditum,
praejudiciosum et sacrilegum, in quo homines seditiosi nul=
lam jurisdictionem in personam ecclesiasticam tantae digni=
tatis habentes, Nicolaum Prazmovium Archiepiscopum
Gnesnensem et Primatem Regni absentem indicta causa
cum ejusdem fratre Palatino Plocensi, et altero magno
Regni Secretario inique accusatos, iniquius judicatos, ini=
quissime condemnarunt, atque ut Prazmovius a S. Sede
Apostolica ex Archiepiscopatu deponeretur, supplicandum
illi decreverunt. Objecta fuerant Archiepiscopo verba
quaedam ex ejus epistola Italice scripta, ab adversariis
ad pravum sensum detorta, quae postea per manifesta=
tionem Archiepiscopi scripto editam, cum sua maligna in=
terpretatione explosa sunt. Ob haec ille ceu hostis patriae
et perduellionis reus inimicis omnia in majus attollenti=
bus, tanquam ex zelo pro capite regio, et pro patriae salu=
te, tumultuario processu et fremitu civium injustam accu=
sationem et decretoriam sententiam retulit, triumphante
malevolentia, sed ingemiscentibus bonis civibus et omni=
bus ad rei novitatem suspensis, cum interim Scythae,
Moldavi, Cosaci per submontanas regiones, et loca
illis viciniora, omnia caedibus, incendiis et sanguine
complerent, totque innocentes animas in captivitatem
Tauricam abducerent, ac velut ipsa regni viscera impu=
ne popularentur. Nec poterat tantus patriae interi=

tus atque calamitas ob oculos posita impetrare, ut aliquot
legiones vel saltim cohortes ad reprimendam barbarorum li=
centiam e castris regiis prodirent, trepidantibus cunctis,
pontemque Vistulae impositum retrorespicientibus, ut si forte
gravius ab hoste aliquid ingrueret, ocyus ad domesticas
cavernas vel ad vicinas exterorum provincias dilaberentur.

At vero Joannes Sobjeski, supremus exercituum re=
gni imperator, qui se castris regiis non conjunxerat, coacto
in unum corpus milite, Turcarum, Tartarorum, Molda=
viorum, Cosacorumque cuneos plaga, praedasque per
submontanas regiones, uti memoravimus, agentes, animo=
se aggressus multos illorum praelium ausos cecidit, pluri=
mos laxabundos conjecit: reliquos captivis corporibus,
scrutisque provinciatim raptis impeditos, magisque spoliis
quam pugnae intentos, manubiis exuit, pedibus quaerere
salutem compulit, dissipatosque per compita et saltus ru=
sticanis mactandos objecit. Etenim nonarum iduumque
Octobrium singuli deni dies singularibus cladibus hosti=
um nobilitati sunt, ex quibus aliquot nobiliores delibabo.

Et quidem 6ta Octobris coepta luce in fruticeto oppidi
Krasnobrod Batizyr Mursa cum suo manipulo funditus
profligatus, Sactimir Murza in vincula datus, Abus
Murza pernicitate equi elapsus. A meridie autem in=
ter confluentem Sani et Porci fluminis Thomikarsy
Murza cum duabus equestribus legionculis acie fusus,
plurimos ex suis amnibus fusis haustos, ferro cruenta=
tos, in manus victorum datos amisit, impedimenta omnia
hostium armentorumque greges pagatim abactos primo
occupanti reliquit

occupanti reliquit: aegre ipse cum aliquot circumpedibus
volucri equo in tutum evasit. Nonis Octobris major caedes
grassatoribus illata. Namque praefectus vigilum a Lubaczow
Lazinski, Tribunus militum, a Ciesanow Tartaros cum
spoliis redeuntes, quoquo versum difflarunt, aliquot mil=
libus vinctorum in libertatem assertis. Porro ipse Impera=
tor exercitus postremum agmen Dziambet Gierey eis Hori=
nium assecutus, post brevem conflictum, terga vertere,
exuvias abjicere, campo cedere coegit. Multi ex iis in vul=
neribus suis sepulti, plurimi in potestatem victorum ve=
nerunt, universi autem aspectu Polonorum fascinati euro
ocyores, quo pavor quemque tulit diffugere. Ductor ipse
agminis ultimus in praelio, primus in fuga pugnanti=
bus tergum obvertit. Tohay Murza e fuga retractus, ca=
ptivorum tota myrias vinculis exempta est. 8 Octobris
posterus nonarum dies venationi hostium hesterna strage
dispersorum per arbusta, carrectaque latitantium, nec
non conquisitioni puerorum a Tartaris derelictorum
passimque per trivia errantium data, reliquum diei ca=
daveribus captivorum a fugientibus barbaris mactatorum
funerandis impensum est. 7 Iduum dies candido Polonis,
atro signandus lapillo Tataris illuxit, quo jussu Muradi=
ni vice-Ductoris sui Komarno oppidum pedites egres=
suri acie circulari cinxerant: mox conspectis antecur=
sorum equitatus Polonici turmis obviam sibi tendenti=
bus, rati excursionem oppidanam esse, cum truci barri=
tu, in occursum illius ferebantur. At postquam aquilae
Polonicae, collibus superatis, effulserunt, buccinaeque mi=

litares cum tympanis raucum concrepuere, subito terrore
perculsi velut fulminis ictu dispersi sunt. Tum vero victores
fugientium tergis inhaerentes in multam noctem promiscuis
caedibus ad satietatem sese explebant. Hostes autem me=
tu futuri periculi in praesentanea pericula ruentes, dum
plerique illorum stagnum proximum nando superare ni=
tuntur, a gurgitibus superati sunt. Nonnulli voragini=
bus praerupti aggeris absorpti, maxima pars per agros
sparsi, dum singuli dilabuntur, universi comprehensi vel
caesi sunt, pauci pernici fuga praesenti exitio sese sub=
duxerunt: inter captivos supra Turcas et Tartaros
etiam Cosaci bipedum pessimi recensiti sunt, quorum a=
stutiores abjectis sclopetis penicul[is]que capitum evulsis
vel projectis intra mancipia capta occidionem evitare
volebant; verum lupi sub pellibus ovium indicio aliorum
compeditorum proditi, sine ulla commiseratione trucida=
ti sunt. Primores Turcarum Tartarorumque in omnem
casum reservati; pecus bucerum equitumque manubia=
le militibus, jure victoriae, cessit.

14. Octobris Tartari diversis in locis profligati, quod o=
ptimum factu putabant in unum agmen Adzigierey et
Muradini Satraparum convolaverant eo consilio, ut evita=
tis campestribus per saltum Bednarovicianum in Molda=
viam penetrarent. Mox saltum eundem densa concaede
arborum implicatum invenientes, Petrankam praeter=
vecti, Kalusam evadere statuerant. Verum providus Impe=
rator hesterna adhuc die, excitis rusticanis, ut transitus
sylvestres obsiderent, ipse quoque per lacunosas, salebro=
sasque semitas, tempestive traductis copiis, hostibus

a fronte occurrit, ubi initio paucitate occurrentium Tar=
tari contempta, contra eos tendere nervos, et quo ferre
velint, permittere vulnera ventis coeperunt. Postquam au=
tem signa Polonica densis horrentia pilis apparuerunt,
buccinaeque classicum cecinerunt, perituros prudentia pri=
ma reliquit: sequius enim consilium, quod antea damnave=
rant, secuti, in insidias sese sponte praecipitaverunt. Quo=
niam sylvam per se confragosam, jam agrestes sudibus,
falcibusque armati insederant, omnes exitus illius infestos
tenebant, a tergo autem:

Sanguineum manibus quatiens Bellona flagellum
cum ultricibus copiis Polonorum, fugientibus instabat:
hic Tartari inter sacrum saxumque positi, ut exitium
evitarent, perniciem sibi accelerarunt. Cum enim cuneo
facto aciem Polonicam perfringere, pluresque glomerati
evadere potuissent: laxatis ordinibus viritim fugam ca=
pessiverunt. Subinde alii sarcinis abjectis, qua data por=
ta, ruere, quidam ex equitibus pedites facti, in arbores
praealtas conniti: alii in dumetis et senticetis, quaere=
re latebras, omnes autem in pedibus inermibus spem
salutis reponentes ipsi sese profligarunt, et vinctos pro=
pe victoribus tradiderunt. Universi enim a calvo ad
calvum fugati, caesi, captique sunt: signa soltanica in
manus victorum venerunt, spolia omnia excussa, captivi
supra decies mille pileis donati, campi vicini, sylvaeq[ue]
anfractus tabo hostium infecti et cadaveribus strati.
Nunquam alias post Stephanum Chmielecium, malleum
barbarorum, clades major Tataris supra hanc illata est,
qua funditus, quotquot erant, deleti sunt.

Legati interim ex castris regiis, prout supra memoravi=
mus, ut vim armorum pactis induciis vel pace composita
sisterent, ad Turcarum Imperatorem missi, jam ad castra
cis Camenecum Othomanica pervenerunt. Hic a magno
Vezyro barbaro primum fastu excepti, et ne Camenecii
restituendi mentionem ullam facerent, solam nonnisi
Imperatoris clementiam implorarent, admoniti, contem=
ptim habiti sunt. Sed postquam generoso etiam inter
extrema spiritu Vezyro denuntiassent, quidquid cousq;
adversi Poloniis evenerat justae potius divinae indi=
gnationi, fatalibusque intus dissidiis, quam neglectae
Reipublicae vel probrosae formidini imputandum esse, in
uno Cameneco nondum totam victam captamque Polo=
niam, superesse principem et integras Reipublicae vi=
res, quodsi ad desperata consilia adigerentur, cogitaret
cum Caesare Vezyrus a victis, quibus una salus nullam
sperare salutem, saepe victores exercitus, resumptis ani=
mis et armis, profligatos, dum se pacem deprecantibus
duros et inexorabiles exhibent, et manubias et victori=
am amisisse: aequiori tandem animo ad paciscendum
descendit, deditque tempus, statuendis utrinque conditio=
nibus, quarum nulla gravior et magis pudenda legatis
proponebatur, quam ut 22 millia aureorum nummorum
homagii an tributi loco quotannis portae Othomanicae
a nobis penderentur. Sed in tanto Reipublicae casu
tempori cedendum fuerat, et cum hoste quoque modo
transigendum, donec reparandae fortunae et excutien=
di injusti oneris spes melior affulgeret. Quapropter acce=
ptis conditionibus Legati ad Imperatorem deducti, ab

eoque brevi sermone, qui vulgatus circumferebatur, ut
clementiae non obliviscerentur, fidemque datam inviolate
servarent per interpretem cautiores redditi, elatumque victo=
ria tyrannum profunde venerati, in patriam abeuntes, ca=
stris Turcicis valedixerunt. Mox et ipse Mahometes Caesar
Turcicus ceu Europam totam debellasset, triumphans, fir=
missimo Camenecii Janisserorum praesidio relicto, munitio=
neque ipsius Praefecto militum demandata, superatis Tyra
et Danubio fluviis in Thraciam cum exercitu abiit. Porro
nostri, qui eventum rei in castris ad Golab operiebantur,
periculo utcumque Legatorum transactione amoto, et pro
Regis ac Reipublicae securitate confoederatione inita, cui Ste=
phanum Czarnecium exercituum Regni notarium, fortem et
strenuum, magnique animi virum praefecerant, Kapturalibus
ut vocant, ceu sub tempus interregni, quamvis rege vivente,
judiciis institutis (quod tamen ominosum et mortis regiae
brevi subsecutae praesagum fuerat) generalibus Regni co=
mitiis in sequentem annum decretis, ex illa castrorum tae=
diosissima scena, lubentes ad propria discessere: quorum
dolenda vestigia tractus Lublinensis circumquaque horrendum
in modum vastatus diu, ingenti damno suo retinuit, nec
facile deinceps abolevit.

Annus Christi 1673.

Judicatus contra rerum et judiciorum ordinem, inter classi=
ca Martis et castrorum armatos strepitus, decretoque praejudi=
cioso gravatus Primas Regni Prazmovius, ut rebus suis et digni=
tati ademptae consuleret contra vim adversam, de remediis effi=
cacibus cogitare serio coepit. Post manifestationem igitur, ut
diximus, scripto vulgatam, in qua innocentiae suae et inju=
stae insimulationis coram facie publica rationes reddidit:
arcem Lovicensem, quam Archiepiscopi Gnesnenses frequentius
incolunt, cum Gnesnae post solennem ad cathedram ingres=

sum vix aliquando resideant, munimentis et praesidiis firmare
aggressus, communicare cum aliis sibi faventibus, consilia, mu=
tuam cum iis defensionem pacisci, providere futuris, praesen=
tia periculo eximere animo satis erecto et in omnes partes
intento statuit. Aderat prope tempus comitiorum Varsaviae
indictorum, cum ad eum potiora Senatoriae dignitatis et parti=
um ejus capita confluunt, opportuna rei et tempori, animo=
rumque firmitudini stabilimenta parant, foederata juvanda=
rum partium consensu valide ad invicem coalescunt, secessi=
oneque illa ac velut opposito comitiis regni conventu non exi=
guum Reipublicae negotium facessunt. Inde coeptis mense
Januario comitiis prima et potissima conciliandarum parti=
um cura omnibus visa eo Regem et ordines Regni adduxit,
ut de ipsa sollicite inprimis ageretur, nec quidquam in con=
silium publicum veniret, donec tristissima illa et summe
perniciosa discerptae in tantum patriae facies in melius
componeretur, cum nihil ab animis tantopere dissociatis,
quod in tam arduo et calamitoso rerum statu bono publi=
co prodesset, exspectari posset. Receperat hanc in se cu=
ram rogante Senatu et equestri ordine, Andreas Trzebicki,
Episcopus Cracoviensis, zelo et amore boni publici accensus;
et quamvis hibernarum nivium subita, quae tum incide=
rat, resolutio itinera omnia aquis confluentibus inundas=
set, maluit tamen etiam cum his viarum obstaculis
conflictari, ac prope in iis periclitari, quam Reipublicae
deesse. Lovicium ergo profectus, et in praesentissimo via=
rum discrimine divina providentia servatus, Archiepiscopo
et ejus sequacibus mentem Regis et Reipublicae exposuit,
ad animorum unionem deponenda odia, componenda dissidia
prudenter et suaviter eos cohortatus, justis utrinque propo=
sitis mediis, collatisque consiliis, feliciter tandem persua=
sit, ut Archiepiscopus et ejusdem causae cum eo Proceres

Regi et Reipublicae reconciliati descenderent. Tum rescisso demum
decreto, sopitis odiorum fomentis amnestia praeteritorum inducta,
confoederatione sublata, ac corpore Reipublicae integritati suae
restituto ad prosequenda ea, quae tum in deliberationem venerant,
cardoque rei fuerant, votis et animis concordibus ventum est.

Summa deliberationis fuerat, amissi Camenecii et Podoliae recu=
peratio, pactorum cum Turcis initorum infame dedecus tollendum
omnino et resarciendum; statuendarum et exigendarum contributi=
onum, exercitusque per novos delectus supplendi modus, omnia
ardua, modumque et vim omnem consiliorum excedentia, necessa=
rio tamen decernenda. Super his ordines Regni perplexa nimi=
um consultatio cum distinet et moratur: Cracoviae Universitas
summum virum Gabrielem Ochocki, medicinae doctorem, et su=
prius magni animi Rectorem, senio confectum, atque 22 Martii
vita functum amisit. Debebat illi Universitas nostra insigni zelo
et constantia invicta Praepositurae S. Floriani vindicata jura,
Doctoralesque responsiones juri Cancellariorum Academiae,
quod sibi Petrus Gembicki, Episcopus Cracoviensis frustra usur=
paverat, Romana decisione exemptas, et soli Universitati adju=
dicatas, censuram quoque librorum ex vi statutorum erectio=
nis penes Academiae Rectores conservatam, auctoritatem deniq
Rectoralem in vigore suo retentam: pro qua dum intrepide re=
sistit, murus aheneus Universitatis decidit, haberique meruit,
nomenque ipsius immortale heroica virtus sua fastis Academicis
consignavit. Sub id quoque tempus nimirum 24. Aprilis, Marschal=
co curiae Regni Branicio magni nominis et sanguinis viro, le=
ctissima de stirpe Czarneciorum, consors sua Cracoviae splendi=
dissimo funebri apparatu parentavit. Varsaviae quoque Archi=
episcopus Gnesnensis et Primas Regni Prazmovius, post tot
anxias curas et recentissimum animi vulnus necdum plene
obductum in morbum lethalem incidit, cujus malignitas ma=
gis magisque procedens cum medicam vim omnem supera=

ret jam appropinquantis mortalitatis suae eum admonuit. Jo=
tus ergo ad remedia Christianae pietatis conversus sacra exomo=
logesi soepius cum lacrimis repetita paneque angelico quoti=
die refectus, facta quoque per germanum suum Secretarium
Regni majorem Regis humili deprecatione et apud mitissimum
principem facile obtenta venia pio et vere christiano obitu
circa 12 Aprilis, diem extremum clausit, vir summa apud omnes
aestimatione sui major, praecellentibus animi dotibus ornatus, Jo=
anni Casimiro Regi apprime charus, ab eoque ad celsissimos in Ec=
clesia Dei et patriae honorum gradus erectus et inter amplissi=
ma Senatus Poloni nomina, seculi sui Primas: cui in Archiepisco=
patu Gnesnensi successit Casimirus Florianus Dux in Klewan
Czartoriski ex cathedra Vladislaviensi ad sedem Metropolitanam
et breoi post ad coelestem translatus. Afflixerat etiam sedem
regni Cracoviam fortuitum die 30 Maji incendium, quo domus ali=
quot lapideae in platea S. Floriani horis pomeridianis correptae
majoris conflagrationis metu urbem terruerant, nisi bonitas divi=
na flammas saevientes sedasset. Hoc intervallo temporis die
3tia Junii in arce sua haereditaria Tarnoviensi febri ardentis=
sima decessit Alexander Dux in Ostrog et Zaslaw tantae
prosapiae ultimus haeres indolis et exspectationis maximae, ac
vere flos principum in florida aetate decerptus. Sed nos ad
coeptam comitiorum faciem redeamus. Deliberatum in ea de ar=
mis contra Turcam omnino sumendis: decreta ad id tributa, et
militarium copiarum augmenta, quae cum intra adeo breve tem=
pus commode exigi, haberique non possent: impetratum est ab
Illustrissimo Joanne Sobieski, supremo exercituum regni im=
peratore, ut acceptis in oppignorationem pretiosis Regni cleno=
diis, aere interim proprio exercitui succurreret, pararetque
copias tanto bello suffecturas. Quapropter ille finitis comi=
tiis, cum de valido Turcarum exercitu in Valachiam destinato
rumor haud dubius crebesceret, instaretque tempus ducenda=
rum eo copiarum, ut arma hostilia domi non exspectarentur,
sed in hostico praeveniri possent, supplementis pedestrium
et equestrium legionum

et equestrium legionum, commeatuique parando et rei tormen=
tariae adaugendae intentus, postquam omnia ad temporis exigen=
tiam magnis sumptibus comparasset, castris ad Gliniani destina=
tis atque hoc exercitu confluere jusso memorabilem contra Tur=
cas expeditionem adornavit. Rex quoque Michaël, ut praesentia
sua regia animos militum ad res fortiter gerendas animaret,
Varsavia versus Leopolim movit, quo cum mense Septembri per=
venisset, infirmiori valetudine laetari nonnihil coepit: aeger ta=
men quamvis, verum supra debilitatem corporis animo vividus
castra ad Gliniani posita invisit, lustravitque, magno exercitus
plausu et quasi divinae benedictionis ad ea, quae deinde ad
Chocimum feliciter successerant, infuso spiritu, cumque ituz
ris in hostem fortissimis heroibus extremum vale dixisset, ae=
gritudine ne quidquam remittente, Leopolim rediit. Hic per
aliquod tempus cum morbo ingravescente conflictatus, cum
magis magisque deficeret, vicinaque morti in eo simptomata
apparerent: Rex pius et bene mori cupiens, ultimae volunta=
tis tabulis die 5ta Novembris jam rite ordinatis, omnibus
praeparamentis Christianis ad mortem excipiendam disponi
voluit, cumque sacra synaxi quotidie reficeretur, insigniter ejus
sumptione relevari se, quamvis nec cibum, nec somnum capere
posset, confessus est. Munitus igitur sacramentis omnibus, ex=
tremaque resignata in manus divinas voluntate exspectans, die
tandem 10. Novembris circa 8vam horam antemeridianam spi=
ritum Deo reddidit, nullaque prole relicta decessit, adstante sibi
et animam disponente Reverendissimo Volfio olim Abbate Pe=
plinensi, mox et Alberto Korycinski, Archiepiscopo Leopoliensi,
Andreaque Olszovio, Procancellario Regni, sed jam in agonia
principis advolante, qui cum mortem regiam ex officio suo pa=
lam omnibus denunciasset, Praefecto militiae regiae praetori=

anae Duci Klecensi, ut paci et securitati publicae auctis excu-
biis militaribus provideret, inter gemitus aulae regiae, et omni-
um lacrymas negotium commisit. Advolaverat quoque citatis e-
quis Regina Eleonora, Varsaviae tum residens, sed Regem mari-
tum jam vita functum ingenti dolore suo offendit. Perculit haec
mortis regiae denuntiatio urbem primum Leopoliensem, mox et
universam Poloniam, indolentibus optimo principi cunctis, mortemq
praematura raptum sincerissime deflentibus, cum ob eximias
virtutes, bonitatem animi et dulcem clementiam breve omni-
bus delicium visus, utpote qui attigerat, recordatione sui dolo-
rem publicum immensum augeret. Varius deinceps, ut in
morte principum fieri solet, inter populos sermo, venenique
suspicio; cumque anatomica medicorum sectio in exanimi cor-
pore intima ejus aperuisset, tenues quidam venenosique ex
adamante pulvisculi in visceribus inventi ferebantur. Verum
hoc minus certum, illud sine dubio certius, quod mezente-
rium in eo extreme corruptum, penitusque exesum inventum
sit, ipsis etiam archiatris et anatomicis stupentibus, quomodo
eousque supervixisse potuerit, tanto malo intus latente, et vi-
scera exedente. Post anatomicam sectionem cor Regis separa-
tim exemptum, pretiosaeque dactylothecae impositum juxta
ultimam voluntatem defuncti Regis apud PP. Camaldulenses
in eremo eorum prope Varsaviam sita, honorifice postea con-
ditum est: viscera quoque regia in ecclesia archicathedrali
Leopoliensi, augustum depositum, sepulturam regalem habu-
ere. Exuviae tandem reliqui corporis urnae sepulchrali con-
clusae, ut inter mausolea Regum Cracoviae conderentur, Var-
saviam interim devectae sunt.

At vero Joannes Sobieski supremus exercituum Regni Im-
perator copiis trans Tyram traductis, autumno quamvis
adulto et campis undique humentibus in Daciam cum exerci-
tu venit, superatoque fatali illo exercitibus nostris Bucovi-
nae saltu castris Turcorum loci natura et opere militari

valide munitis, castra sua ex adverso opposuit. Insederant eum
locum 30 millia selectissimi Turcarum exercitus, quem antea
contra 40 Turcarum et Scytharum millia bello contra Osmanum
Chocimensi Poloni nostri cum Vladislao Principe occupaverant.
Hic munimentis castrorum confisi Turcae, ingentique apparatu
bellico instructi fortunam et aleam belli campo committere
dum renuunt, continere se castris decreverant, nihil minus
sperantes, quam expugnationem castrorum iniquissimo anni
tempore subsecuturam. Sed miles Polonus injuriis caeli au-
tumnalibus exagitatus, visque inter limosa vestigia haerens,
etsi in loco illo diutius constitisset, ipsa aeris inclementia et in-
ter continuos imbres mille fastidiis conspiciendus, cum oppu-
gnationem castrorum deposceret: jam et Palatinus Valachiae im-
minens periculum subodoratus, facta a Turcis defectione, cum
sex millibus copiarum suarum ad castra nostra transiisset: op-
pugnatio castrorum in diem sequentem indicta feliciter tandem
successit.

Dies haec fuerat undecima Novembris D. Martino Confessori
et Pontifici et militi quondam fortissimo sacra, ac proinde viris
militaribus auspicata: cum luce adhuc dubia volones primum,
gregariorumque et Calonum promptissimi, mox et Legionarii mole-
stiarum castrensium pertaesi ne dato quidem signo castra hostium
aggredi, in vallum pilis contisque suppositis eniti, cumque fumo
crassiori et tormentis Turcicis horrendum in modum reboantibus
ceu nube involuti, minus dignoscerentur, inter Janisserorum den-
sissimam plumbeam grandinem, morte contempta, et accelerato
impetu munimenta supergredi, castrisque potiri coeperunt. Se-
cuti primos omnium audacissimos, magno numero alii, Imperato-
re belli ausus eorum strenuos praesentia sua, hortatu et manu
forti excitante, postquam praerupta illa et inaccessa loca ingenti
animo superassent, in caedes Janisserorum effusi, obtruncatis
quotquot in aditu restiterant, totis se Ottomanicis castris infude-

runt. Pavor exinde, consternatio, fuga et dum nostri atrocius
instant, omnia caedibus et sanguine complent: Turcarum tan=
dem secuta per totas castrenses foeda et miseranda ereptio, cum
intus a castris potito foris cataphracto, loricatoque milite in=
erumpentes validissime invecto passim ut oves dispersae ma=
ctarentur, atque in illo sanguinolento turbine, ceu mente emota,
ipsi prope in gladios incurrerent: qui vero manus trucidantium
effugerant, ad pontem Tyrae flumini impositum delati, insequen=
tibus nostris, dum glomerantur et pontem praegravant, in aqua=
rum voraginem illam praecipites ivere: alii e saxis circa ri=
pam prominentibus decidui fractis cervicibus gurgite illo, qui
ex crebris imbribus intumuerat, hausti sunt. Duo tamen ex
illis millia valido per pontem impetu versus Camenecum ela=
psa, cum eo ob metum tanti discriminis non admitterentur,
per devia Tauricae proxima loca evaserunt. Cecidit in eo
praelio militiae Turcicae robor, miles veteranus et nuper=
rimo ex Candia subjugata triumpho gloriosus. Husseimus
quoque Bassa, profligati exercitus Dux fuga praecipiti in=
stanti periculo se subduxit, relictis castris, manubiis, spo=
liis, tormentisque bellicis et rerum omnium opulentissimo ap=
paratu, qui toties in direptionem exercitus nostri et potestat=
tem devenit. Concubuit hic fortiter ex nostris inter caeteros
Achaicus Pisarski, Capitaneus Wolbromensis, qui per por=
tam castrensem in medios hostes illatus, eorumque multitudi=
ne circumfusus edita Turcarum notabili strage ipse quoque
gladiis confossus, capiteque truncatus, in pulcherrimam pro
Deo et patria victimam cessit. At Budzinium excubiarum
Regni Praefectum, Castellanum postea Sandomiriensem pro=
digiosa de coelo gratia servavit, qui cum Turcis fugientibus
instat, pernicissimi equi velocitate abreptus, et saxosis circa
littora Tyrae praecipitiis cum equo decidens, et per illa

praerupta volutatus, ad extremum prope interitum devene=
rat, nisi manus Domini cum eo fuisset.

Per campos igitur Dacicos, Chocimo vicinos et late circum=
jacentes fugatis et palantibus Turcis, ingens eorum caedes et
strages: ubique cruor, direptio, vastitas: cumque Turcae ap=
paratu tam publico, quam privato, vestibus, armis, phaleris
equorum, et nummorum copia instructissimi ad bella procedant,
spolia quoque, quoties profligantur, hosti victori majora relin=
quunt, sicque aviditate praedae gregarios, lixas, militumque
egentiores tanto magis irritant et accendunt, quod et hic in eo=
rum miserabili caede contigit. Cum enim percrebuisset, quendam
ex Turcis jam sub ictu gladii positum, aliquot aureos nummos
ne in potestatem interficientis se venirent, diductis faucibus tur=
pissima ingluvie deglutivisse, cumque is, qui eum interfecerat, id
animadvertisset, aviditate praedae eo inductum esse, ut nummos
illos aureos nuperrime haustos in ventre occisi Turcae, disse=
ctisque visceribus quaereret et inveniret: secuta mox cadave=
rum Turcicorum foeda dissectio et lanigena, scrutantibus
per viscera hostium, qui exanimes eorum truncos spolia=
bant, si forte in putidis eorum stomachis nummariae ejus=
modi aurifodinae laterent, quod postea cum multos fefellisset,
ut immane et abominabile rejectum est ac cessavit. Exercitus
post haec noster admirabili illa, utpote duas horas, victoria
potitus, a caedibus et spoliis ad agendas Deo praepotenti gra=
tias revocatus circa Husseimi Bassae praetorianum tento=
rium numerosis agminibus convenit. Hic sacerdote incruen=
tum Deo altaris sacrificium offerente, prostratus ante facie=
em Domini supremus exercituum Regni Imperator Joannes
Sobjeski cum Demetrio Duce in Wisniowietz et Zbaraz
Palatino Belzensi, Exercituum Regni campi Ductore, et

cum Pac, Michaeleque Duce Radivillo militiae Lituanicae
Ducibus, Tribunis, Centurionibus, universoque exercitu, hy-
mno Ambrosiano decantato, immensam exercituum Domini
majestatem et bonitatem adoravit, totumque opus a Domi-
no factum, et mirabile in oculis hominum Dexterae Excelsi,
quae fecerat, virtutem cum profunda gratiarum actione de-
vovit et attribuit, manifestaque sanctissimae Dei genitricis
Mariae uti Reginae Poloniae, DD. Regni tutelarium ac
praecipue B. Stanislai Kostkae, quem sibi in specialem illi-
us expeditionis patronum assumpserat, suffragia et patrocinia
veneratus est. Itum exinde dato exercitui unius tantum diei
respirio, ad oppugnandam arcem Chocimensem a Turcis in-
sessam, in qua cum vim tormentorum detonantium sustinere
non possent, paratumque exitium absque ullo succursu prae
oculis haberent: pacti incolumitatem vitae et rerum sua-
rum, eam die 13 Novembris potestati nostrae per deditio-
nem lamentabili excessu reliquerunt.

Triumphatum deinceps per universam Poloniam, actae
Deo immortales gratiae, quas Cracoviae in cathedrali ecclesia
Andreas Trzebicki Episcopus Cracoviensis cum frequentissi-
mo cleri et populi concursu die 26. Novembris solenniter egit:
idem decrevit, et ordinavit, ut Cracoviae et per totam Dioe-
coesim pro animabus eorum, qui in hoc bello ex nostris oc-
cubuerant, tremenda missae sacrificia et solitae pro mortuis
in ecclesia preces, omnipotenti Deo, cui omnia vivunt, of-
ferrentur. Jam vero circa initium Decembris triumphali-
bus per urbem ignibus accensis, laetoque concentu et tor-
mentorum explosione undique resonante memoriam tantae
victoriae, exultantibus animis, universus populus, festivis
acclamationibus prosecutus est. Romae quoque Leo X. Pon-

tifex Maximus cum purpurato Cardinalium coetu, incre-
dibile dictu, quam hoc felici successu exhilaratus processi-
one solenni publicam Deo gratiarum actionem instituit, ri-
tusque sacros ex hoc motivo B. Stanislao Kostkae cum festi
ipsius solenni octiduo ampliandos decrevit: cumque Pontifi-
ci huic vexillum Huseini Bassae praetorianum satis visendum
Arabicisque litteris inscriptum Romam ab exercituum Regni
Imperatore transmissum per Abbatem Cracoviensem Gniński-
um praesentatum et oblatum fuisset: in basilica Vaticana
ad perpetuam tantae rei memoriam collocari illud mandavit.
Sed inter haec hilaria et triumphalia nostra, mortis re-
giae nuntius cum ad castra cis Chocimum nostra post oblen-
tam victoriam pervenisset, omnia gravi animorum motu et
squallore confudit, deditque occasionem exercitui praesertim
ex fumali contributione collecto, ac proinde lares domesticos
libentius respicienti, ut cum spoliis in direptione castrorum
Turcicorum partis, turpi accelerato discessu et ejus stipendi-
ariae Regni militiae subtractis ac confusis ordinibus dila-
beretur, tantaeque victoriae ulterius prosequendae modum et
tempus opportunum eriperet. Venerat quidem in potestatem
nostram Valachiae metropolis Jassü dicta praesidiumque
nostrum receperat, verum incolas ejus licentia militis no-
stri et ob eam impunitas eousque adegit, ut injuriarum
impatientes arma sumere, praesidiarios milites et qui-
bus inibi stativa hyberna fuerant, submovere loco, et
finibus suis exterminare coacti fuerint. Porro Camenecii
oppugnatio cum sub id tempus tentari non potuerit, ut
tamen lenta quadam obsidione premeretur, dispositis per
vicina loca legionibus, et hostium consilia observare

jussis, exercitus nostri Imperator ex hostico movit, atque
ut Reipublicae praesertim sub tempus interregni cum aliis Re-
gni proceribus consuleret, in patriam victor rediit. Hoc eo-
dem anno post obtentam Romae dilectae Christi sponsae
Salomeae solennem beatificationem, memoria ejus apud
PP. Seraphici ordinis et ejusdem ordinis sanctimoniales
ritu triumphali celebrata est. Inciderat haec Cracoviae
in diem 16. Novembris, qua die ex aedibus S. Andreae Apo-
stoli monialium ordinis S. Clarae ad aedes S. Francisci
F.F. minorum Conventualium imago B. Salomeae gemmis
ac pretiosissimis monilibus ornata, splendidissimo apparatu
et magna devotione populi deducta est; augente Domino San-
ctorum suorum in terris honores, ut per eos pro patria no-
stra Rege suo orbata, multiplicata in coelis suffragia ad-
augeret. Atque sic annus hic inter laeta et tristia nostra
alternis vicibus agitatus in victricibus tandem ex Otho-
manno laureis et in sacris Divorum triumphalibus desiit.

Annus Christi 1674.

Ineunte hoc anno die 15 Januarii convocatio procerum Re-
gni comitiis electionis praemitti solita, praesidente Regni Pri-
mate Casimiro Duce Czartoriscio Varsaviae feliciter coepta, con-
silia publica pro Regni securitate et futuri Regis electione serio
agitata; cum et ipsa ratio temporis et tanta necessitas urgeret,
successu tandem et eventu felici terminavit decretum in ea,
quod ex re praesentis Reipublicae status fuerat, provisum
finitimis hosti provinciis et praesertim oppidis ac castellis
Podoliae Cameneco vicinioribus per militares copias inibi
collocatas, norma judiciorum juxta confoederationem fieri so-
litam, more usitato inducta. Atque ut comitia electionis die
20 mensis Aprilis inchoarentur, consensu unanimi constitutum.

Excivit haec vocantis Regni

Excivit haec vocantis Regni occasio et proposita iterum for-
tunae alea nondum plene sopitos priorum competitorum affe-
ctus, quamquam non adeo ferventes, crevitque spes minus tamen
quam ante robustas, cum exteri facile conjicerent Polonos diu
agitatam et nuper tanto rerum molimine innovatam nativi Regis
electionem gustu regnandi alios quoque irritante, haud leviter
dimissuros: unum tamen erat, quod principibus exoticis ani-
mum non omnino abjiciendum persuadebat, nimirum illud,
quod defuncti Michaëlis Regis electio illa satis gloriosa, et vix
non prodigiosa, non omnibus Polonis ad palatum fuerit: cum
opus illud, quod orbi spectatissimum fecerant, ipsi deinceps
animorum a Rege alienatione, et discessione partium, totque contra
eum molitionibus et subsecutis exinde funestis cladibus reprobassent
ac deturpassent. Non poterant quippe latere principes externos, tot
illae Regis innoxii velicationes, tot malecontentorum, ut vocaba-
tur, evulgati in publicum contrarii sensus, exiguumque illud, quo
Rex Michaël regnavit, quadriennium, totum in lubrico et in turbi-
ne totum; cum alii curiae regiae assectis dubium an pro rege
an pro se ipsis potius, ubi non erat timor, nimium trepidan-
tibus, larvasque conjectamentis suis terribiliores semper ada-
ptantibus id imputarent, alii vero nonnullis ex Senatu, quod
electio illa non ex ipsorum voto successerit, sed populari motu
potius extorta fuerit, perpetuo id suggilantibus, resque pro-
inde miscentibus tribuendum censerent: quidquid tamen illud
fuerat, Regis certe vexatio illa, et manifesta ex ejus electione
displicentia, stimulus erat vicinorum et fomes ambientium
ut inter candidatos iterum censeri tentareque fortunam in-
animum induxerint: Dux praesertim Neoburgicus et Lotha-
ringius, in quos multorum propensio necdum tota resederat,
immo novis fomentis adaucta spiritum resumpsisse videba-
tur. Secuta exinde partium studia, crebrae litterarum cum

exteris communicationes; adhibita prasenetarum varia infinuatis
ampla foris et speciosa promissa ostentata, cum domi res lon=
ge fortius ageretur, quae tandem volente praevaluit. In ocu=
lis quippe omnium eo tempore fuerat supremi exercituum Re=
gni Imperatoris Joannis Sobjeski summa nominis auctoritas,
et rerum gestarum gloria, tot expeditionibus bellicis, tot specio=
sissimis triumphis parta, mens quoque ipsius vere augusta
cuicumque imperio par, unoque sed capacissimo pectore doles
omnium principum incomparabiles complexa, et quod rei mo=
mentum fuerat, recentissima Chocimensis victoria, tot merito=
rum epitome et omnium corona. Quare conjectis in eum o=
mnium oculis animisque non alium Regno potiorem destina=
nantibus, frigidiores externorum principum conatus sen=
sim remittebant, vel si quid agerent, a majestate jam domi
parata absorbebantur: pro qua jam non tantum mussitatio
praevolabat, sed acclamatio prope. Opportune tum ex Univ=
ersitate nostra scriptum insigne panegyricum prodierat,
Oratoris pro tunc Tyliciani clarissimi viri Martini Win=
kler, quo ille memorabilis ad Chocimum victoriae triumpha=
lia supremo exercituum Regni Imperatori Joanni Sobjeski
gratulatus fuerat, acceptatum ab eodem inter comitia ele=
ctionis humanissime, et summe ab omnibus, prout parerat,
aestimatum: cumque tanti nominis et tanti triumphi glo=
riam eruditissimo illo, et felicissimo calamo insigniter auxisset,
velut fausta quaedam prognosisset, et animorum incentivum
habitum est, ut caput illud, quod laurus triumphalis et tan=
ta panegyris veluti digito monstrabat, etiam corona regali
augustum redderetur.

Ad decretam igitur comitiis electionis 20 Aprilis diem,
frequenti Senatus et Nuntiorum terrestrium confluente numero,

post praemissam solenni sacrificio ad altare divinum gratiae
coelestis invocationem, auspicia comitiorum generalium Varsaviae
inchoata sunt, quorum utique tranquillior facies apparuit, cum
minor numerus confluentium et ad electionem pertinentium
facilius dirigi et componi posset, nec tot flabella ad turbidos
animorum aestus concitandos haberet. Succedebant proinde
velut lenibus etesiis subvecta deliberantium consilia, liberae
voces moderatius proferebantur et audiebantur: salae meliora
suadentibus et mentes et aures placidiores, et quia turbarum
fastidia et nauseae molestissimae quieverant: multa in rem boni
publici sapienter proposita, et unamiter sancita sunt. Admissi
postea in campum electoralem honorifice excepti et audi sunt,
post Nuntium Apostolicum, principum exterorum Legati, et qui
pro candidatis ad regnum, Neoburgico nimirum et Lotharin=
gico Duce satis facunde et graviter peroravere, responsumque
omnibus pro cujusque merito et dignitate per Andream Trze=
bicium, Episcopum Cracoviensem, qui tum Primatis Regni
Ducis Czartoriscii vices supplebat, morbo lethali decum=
bentis: ex quo tandem Praesul et princeps optimus, pro
fide catholica et ecclesia Dei zelosissimus, vita innocens, con=
silio et eloquio magnus, et ob miram animi integritatem et
comitatem omnibus desideratissimus 15 Maji, quae fuit fe=
ria tertia pentecostes sanctae ex hac vita Varsaviae decessit.
Post cujus obitum Andrea Trzebicio munus suum continuante
ventum est ad summam negotii, nimirum ad electionem Re=
gis, postquam Senatores et Nuntii terrarum juxta provinci=
arum ordinatum suffragiorum ferendorum gratia ad Pala=
tinatus suos recessissent. Nec diu ea deliberatio, quamvis
ardua, electores ambiguos tenuit, praesertim in Palatinatu

Russiae, ubi pro officio suo ejus provinciae Palatinus Jablo-
novius postquam serenissimum Regem Joannem Sobjescium
corona Regni dignissimum proposuisset, primumque pro eo votum
brevi sed efficaci prologuio dedisset: moxque qui pone sequeba-
tur, Maximilianus Fredro Castellanus Leopoliensis, magni momen-
ti rationibus oreque disertissimo idem confirmasset, secuto vo-
ta eorum approbantis hujus Palatinatus consensu et plausu, se-
renissimus Joannes, qui tum in Palatinatu suo praesens aderat,
quamvis contra obniteretur et reluctaretur in regno Poloniae,
ab illis electus est: quem illico relictis subseliis, facta majestati
a longe reverentia circumstetere. Permanavit ea res ad alios
quoque brevi Palatinatus: ibi pro Neoburgico et Lotharingo
varie certabatur: sed cum Andreas Olszowski Procancellarius
Regni et mox Andreas Trzebicki, Praesul Cracoviensis, cum
suis concivibus, Palatinatus Russiae suffragia pro serenissimo
Joanne approbassent: reliqui etiam Palatinatus facile accesse-
runt, Lituanis nonnisi obstinatius reclamantibus, a quibus
ea die, quae fuerat 19 Maji, nihil certi concludi potuerit,
res ea ad pleniorem consensum, et nominatio Regis dilata
est. Biduum deinde mora haec extraxit conciliantibus inte-
rim animos Procerum Lituaniae, magnis ex Senatu Polono
viris, eoque adducentibus, ut opus illud voluntate inprimis
divina, accessione sua ratum habere vellent, serenissimique
Joannis electioni vota adjungerent, quod tandem postquam ali-
quandiu restitissent, die 21 Maji magno ad invicem gratulanti-
um sibi laetitiae affectu fecere: qua die ab Andrea Trzebicio
juxta morem consuetum ter requisito omnium consensu inter
faustas per campum electoralem acclamationes, Serenissi-
mus Joannes III in Regem Poloniae nominatus est.

Solennes post haec in basilica S. Joannis Baptistae Deo
praepotenti gratiae actae, triumphatumque plausu maximo,
omnibus principem regno et rebus gerendis parem, patriae
gratulantibus, quin et ipsis principum exterorum Legatis, tanto
operi applaudentibus: vota nonnisi defuncti Michaelis Regis, con-
sorte relicta vidua, serenissima Eleonora regina gravius ferente,

quod electio illa in partem Caroli Lotharingiae Ducis non succes-
rit, quem illa Regem et maritum sibi exoptabat, quod tamen postea
evenit, cum illi post aliquot annos volente et consentiente Impe-
ratore Leopoldo, nupta fuerit. Laeto hoc per universam Polo-
niam et totam Christianitatem divulgato rumore, Polonos id
ex re et omnino prudenter fecisse, orbis Europaei judicia con-
firmavere, Bizantinis quoque et Tauricanis hostium princi-
pibus, quamvis sinapi morderent et fremerent intus, non
aliud sentientibus. Porro metropolis regni Cracovia, ut pri-
mum rem hanc orbi Polono auspicatissimam inaudiit, tri-
umphalia illi die 27 Maji magnifico apparatu instituit, ma-
jori splendore et plausu ad futuram coronationem, quae ta-
men non ut sperabatur, propere absoluta est, reservato. Rex
quippe electus, curas regni ingentes et molem prope porten-
sam altius considerans, diu electioni pro se factae restitit,
acceptare eam noluit non speciosa flagrantissime ambientium
simulatae modestiae praetextu, sed ex animo id, quod fuerat,
agens, cum nemo pericula illa verius aestimaret, quam qui
illis manibus admotis, toties prope sub ictu fuerat. Aegre
tandem senatu et equestri ordine instante obtestanteque pa-
ctis conventis, jure jurando firmatis et diplomate electionis
a Republica recepto, ut liberae genti, cum potestate regia
jura majestatis admisit, jamque ea usendus, celeberrimo cor-
poris Christi festo, solenni processioni Varsaviae interfuit.

Cum vero reputaret, inaugurationem suam regiam longe au-
gustiorem orbique Polono gratiorem futuram, si novo aliquo
in Rempublicam merito insigniretur, quo res maxime poscebat,
in Russiam proficisci statuit, animosque Cosacorum, si forte
inter novi auspicia Regni, novo aliquo animorum impulsu ad
obsequium Reipublicae pertrahi possent, praesertim nuperri-
ma Humaniensi clade contra Turcas exacerbati, e propin-
quo diligentius experiri. Mahometes enim Turcarum Impera-
tor ob Chocimensem nostrorum victoriam furiis agitatus,

Tur-
cas

atrox, virus et immane flagellum, quod in nos animo volutabat,
Deo perfidiam rebellium ulciscente, in Cosacos, quod nullas ad
Chocimum subsidiarias copias submisissent, frendens ac fre-
mens effudit. Diu quidem vindices illae Turcarum, numerosaeque
copiae, quo tandem vergerent, anxios et suspensos nostrorum
animos tenuere, Rege ad omnia summe intento et obviam
ire parato: sed cum horrenda illa armorum orientalium
procella excidio ad Human Cosacico tota incubuisset, Mar-
tem interim nostrum periculo exemit. Humanium magnae
et bellicosissimae Stirpis Calenoviae haereditaria ditio, ser-
vili bello a Cosacis occupata et insessa, receptaculum illis
natura et arte, locisque palustribus munitum fuerat: quo
cum robur Cosacicae militiae ingensque agrestium numerus
confluxisset, validissimo Turcarum exercitui resistere ausi
eheu misere perierunt. Nam Turcarum exercitus, trans-
misso Tyra flumine, huc totis viribus delatus id omnino
egit, ut per famosissimi hujus loci ruinam terror ad
omnia Cosacorum spelaea dimanaret, hydraque illa velut
unico ictu caesa duram cervicem non amplius attolle-
ret. Formida proinde castrorum mole circumquaque po-
sita, excitatis opere militari crebris suggestibus, dispo-
sitisque per eos portentosis machinis bellicis, fulminari
in obsessos vastis boatibus coeptum: horribili illa glandi-
um plumbearum explosione per aliquot dies continuata.
Sed cum munimentis suis ac velut inexpugnabili circum-
vallationi viribusque et numero fidentes Cosaci, strenue
resisterent, quin immo eruptionibus quoque aliquoties
non cum exigua strage Turcarum factis, contra vim ani-
mo propugnacula sua tutarentur: Turcae ad mitiora
versi, sollicitare eos, oblatis speciosis conditionibus
ad deditionem, implorandamque Caesaris Othomanici clemen-

tiam decrevere, cumque id eis per feciales suos denuntiassent:
Cosaci barbaris et sanguinis Christiani sitientissimo hosti diffi-
si elegerunt potius fortiter et non inulte mori, quam in sae-
vissimam illam macellariam sponte concedere. Furens igitur
hostis et totus in rabiem versus extrema tentare statuit, cumque
vallum superare summa quantumvis oppugnantium vi toties
repetita non posset, valida operariorum manu per subterrane-
as cryptas et suffossiones demoliri illud aggressus, nitrati pul-
veris inducta per eos subtus vallum ingenti copia per horren-
da illa tonitrua subterranea partem munimentorum notabi-
lem cum disjecisset, per hiatus illos late patentes irrupti-
one facta, caedeque miserabili edita post atrocissimam illam
lanigenam, loco potitus est. Eruperant tamen aliquot mil-
lia cordatorum, ut vocabantur, per medios hostes, ausu inau-
dito elapsa: reliqui Cosacorum et agrestium ad internecionem
deleti, Humanium cineris sui lamentabile bustum habuere,
reliqueruntque ex eo vindictae ex obstinatis rebellibus, divi-
nae duraturum ad posteros monumentum. Diluvio tanti
sanguinis helluo ille siti vindiciarum inexplebili, utcumque
restincta, perfectoque immani opere, exercitum in Daciam
et inde trans Danubium in orientem reduxit.

At vero Serenissimus Joannes Rex electus, occasione hac
quantumvis luctuosa utendum ratus, cum in Russia consti-
tisset: Petrum Doroszenko Cosacicae militiae caput scelestum,
bellique Turcici incentorem, per Szumlanscium ritus Graeci
antistitem, tractando huic negotio apprime idoneum, ad sa-
niorem mentem inducere cupiens, regiis benigne litteris com-
pellavit, quibus testatus est, non alio se anno ad partes
illas descendisse, nisi ut exercitum Zaporovianum et popu-
los illos spe reconciliationis haud dubia ad obsequium Rei-
publicae invitaret, quatenus contra communem gentium

Christianorum hostem arma sumere et tanti perfusionem san=
guinis nuper ad Human immanissime factam vindicare vel=
lent. Et excepit quidem Doroszenko Szumlanscium laeta
exercitus fronte, sed animo versipelli, datusque ad Regem
sub vulpina pelle submissis litteris, adventum illi ad oras
illas gratulatus, inducereque rebellium capita ad reconcili=
ationem pollicitus: totum deinceps negotium istud, et spes
utrumque subortas graeca fide elusit; quin immo Scythas
Krimenses veteratoria fraude stimulavit, ut dimissis per
provincias illas praedationis turmis Regem cum exercitu
infestarent. Verum cautus undique et fraudum ejus non igna=
rus Rex, ne Tauricani illi molossi praeda sperata poti=
rentur, dispositis et oppositis tempestive stipendiariae mi=
litiae legionibus effecit: regionesque illas a caedibus et
incendiis immunes reddidit, regia sua praesentia et provin=
ciarum illarum defensione in annum usque sequentem con=
tinuata. Obierat hoc anno Varsaviae die 19 Augusti Jo=
annes Gembicki Episcopus Vladislaviensis, praegrandi senio
confectus prisci moris et candoris praesul ac senator opti=
mus, Universitatisque nostrae amantissimus, pro qua zelum
suum si unquam alias, tum certe maxime testatus fuerat
cum primus solennem protestationem contra molemina PP. So=
cietatis Jezu, Universitatem Leopoliensem erigere mordicus
satagentium, cum aliis viris illustribus subscripsit: quae
deinceps coram eminentissimis Cardinalibus ad dignoscendam
hanc causam a summo Pontifice delegatis, Romae exhibita
plurimum rebus nostris momenti attulit, conatusque ad=
versariorum, quamvis regio diplomate et nonnullorum se=
natorum favore subnixos, penitus dissipavit, cum Nunti=
us Apostolicus pro tunc in Polonia existens, sacrum
Tribunal Romanum informasset, stante quantumvis di=
plomate regio, sed vel unico equite Polono praesertim
ex Nuntiis terrestribus

ex Nuntiis terrestribus reclamante, nihil in regno nostro con=
cludi decernique posse. Ita grandis illa et nimium affectata
Universitatis Leopoliensis fabrica, non per ullam in foro Roma=
no controversiam, sed per solam cum aliis Gembicii protestatio=
nem concidit; cujus apud nos, ut perennis sit memoria ac potis=
simum in publicis supplicationibus acquissimum est. Felicem
ad extremum et toti Christianitati desideratissimam anno huic
coronidem imposuit Clemens X. Pontifex Maximus die 24 De=
cembris per solennem portae sanctae apertionem magni jubi=
lei intra 25 annos recurrentis, orbi Christiano denuntia=
tione facta, quod deinceps Romae ingenti populorum concur=
su per totum annum insequentem duravit

Annus Christi 1675.

Non abstraxere ab opere coepto in partibus Russiae curas
electi Regis bellicas, brumales ad initium hujus anni saevi=
entium frigorum injuriae, nec temporis bello prosequendo infesti
gravissima incommoda, quae cordata virtus, et animi ejus constantia
vicit, rebusque gerendis opportuna agendo et tolerando reddidit. Oc=
cupaverant Turcae jam ante Barium, celebre oppidum, vallo et
arce munitum, atque in ipso ulterioris Russiae aditu situm, cujus
Praefectura supremis exercituum regni Ducibus conferri solita
momentum illud rei bellicae, quod in eo vertebatur, satis dignum
consideratione ostendit. Praesidium loci hujus ex Lituanis Tartaris
potissimum constabat, qui ad initium belli Othomanici prout
Mahometanae sectae, superstitione infecti, ac proinde Christianorum
nativi hostes, ad Turcas defecerant, atque ut illis perfidiam suam
evidentius probarent, in eorum castris contra nos acrius et ob=
stinatius militabant. Non exigua hic manus eorum, oppidum
insederat, arci quoque jam ante per nostros munimentis opere
militari factis, machinisque bellicis et apparatu necessario

Tur.
cas

mox et ab hoste contra vim omnem provisum fuerat, ita ut ex=
pugnari eam posse praesertim brumali tempore vix hosti credi=
tum fuerit. Huc tamen Rex animo invictus et quanto minus spe=
ratus, tanto magis metuendus cum exercitu movit, hostemque ag=
gredi statuit munimento et defensorum numero confisum, ani=
mique barbaro fastu conatus nostros, ceu mox irritum cessuros
despicientem, quod brevi contra evenit. Postquam enim Rex castris
circumquaque positis oppidum et arcem obsidione cingi et coar=
ctari fecisset, admotisque tormentis bellicis et milite rem strenue
agente, haud dubio barbarorum excidio imminere visus esset, tu=
mor ille in timorem versus, sensim detumuit, tutioraque respicere
coepit. Interim tamen hostes animum ferocem et refractarium osten=
tare, contra vim aggressorum vim ex adverso opponere, arma per=
tinacius morari, et tempus consulto extrahere, ut militem nostrum
labore, fame et frigore consumptum ardui tandem operis taedi=
um subiret, expugnatioque illa opportuniori tempori servaretur.
Contra Rex instare operibus, vallum et munimenta aggredi, erum=
pentes caede et sanguine cohibere, noctu diuque fatigare, et eo
tandem continua vi adigere, ut hostis pervicax, sed constanti=
am virtutis demiratus ad deditionem coactus fuerit. Pacti igi=
tur vitae et fortunarum incolumitatem praesidiarii, oppido
et arce excessere, locusque ille celebris in potestatem regiam ve=
nit, ac deditione illa ingens momentum reliquis, quae successere
attulit. Caeterum plurimi hic ex nostris, et annonae inopia,
et saevissima hyeme penitus consumpti interiere, praesertim ex
instructissimo et selectissimo germanico Electoris Brandeburgici
exercitu, quorum hic duo millia ex vi feudi Prussici submissa,
sed adeo saevis frigoribus sustinendis minus assueta, eo tandem
redacta fuere, ut ad extremum vim ingenti ex iis superstites
Rege eorum miserente et missione data in Prussiam et Pomera=
niam redierint

sic!

Secuta deditionem loci hujus et ad Mohiloviam non dispar
belli fortuna, quo Rzewuscius bello insignis Tribunus et rebus
fortiter gestis clarus a Rege cum aliquot cohortibus missus, rem
fortissime et eventu felici contra Cosacos gessit. Perculit eos ful=
men illud virtutis Regiae, quod et aliis formidatum ingenti terro=
re per vicina loca detonuerat. Nec diu resistere advenienti Rze=
wuscio, partim bellaces ejus spiritus reveriti, ni in partes regias
concederent ultore gladio extrema omnia minitantis: partim mi=
ra dexteritate viri et invitamento gratiae regiae in eo inducti,
ut rebelles animos pacatioribus consiliis submitterent, eligerentq;
potius oppidi deditione facta sponte pacisci cum Rzewuscio,
quam ferro decernere. Post receptam Mohiloviam, mox et Kalnikum
Regi patuit, cum aliisque oppidis et Braclavia non diu morata,
apertis eum portis excepit, in qua principi subsistere visum ac in
latissimas illas oras jussa imperii et vim armorum extendere.
Aegre id ferebat perfidus Doroszenko Czechryni tum scelerata cum
rebellium primoribus consilia agitans, et in mille technas dolo=
sum ingenium torquens, quomodo vapidis artibus simulata per
epistolas reconciliationis spe oblatam Regis clementiam eluderet
cum interim anxie nimis Scythas Tauricanos ad arma contra
nos sumenda sollicitans Nuradinum tandem induxisset, ut
irruptione facta provinciam illam depopularetur, Regique ho=
stilia objiceret. Ergo infusa partibus illis praedatrix Tartaro=
rum manus objectu cohortium nostrarum saepius fusa fugataque
dum partitis per diversa loca turmis stipendiarium militem no=
strum varie infestat: ubique rejecta et praedarum inops cedere
ad extremum coacta est. Distinuit tam Martem regium longe
majora inibi cogitantem, sed quibus et alia plurima obstitere
praesertim cum pars exercitus Lithuanici, ductu supremi Du=

cis sui Pac, seu acrimoniae hiemis laborum et injuriam tempo-
ris pertaesa, castrisque excedens contra revocationem et men-
tem regiam in Lithuaniam abiisset. Multum hinc quidem deflu-
xerat viribus nostris et rebus gerendis erepta opportunitas, pul-
cherrimo operi importunum posuisse obicem videbatur. Non de-
stitit tamen Rex urgere fortia et prosequi, cum Nawolocia
a Cosacis infessa rebelli obstinatione in partes regias concedere
nollet: expugnandae ipsius per vim negotium recepit in se
Michael Dux Radivilus, qui cum altera parte exercitus Li-
thuanici a castris regiis non recedens, asperrima omnia
constanti virtute superavit. Praesidio Nawolociae Cosacico sa-
tis contumaci et praevalido etiam Scythae adhaeserant, erupti-
onibus prompti et faciles, sed mox adventante Radivillo, in late-
bras suas compulsi, postquam Radivillianae cohortes in eos vio-
lentius invectae, oppido circumsesso, operibusque excitatis, ex
quibus munimenta ejus bellicis machinis peterentur, expugna-
tionem adoriri coepissent. Fidebat hostis loco, et quamvis Dux
Radivilus continua in obsessos plumbeae grandinis fulmina-
tione validius agi imperasset, militumque ardore saepius in val-
lum erumpente, imminentis eos ruinae admonuisset: praesidiarii
nihilominus et oppidani tanto acrius contra eniti, contemptuque
periculorum in medios enses et ignes audentius ire, et per ca-
dentium stragem mappalia sua mordicus tueri non destitere.
Fervente hoc oppugnantium et resistentium aestu, inter machi-
narum tonitrua, mutuasque caedes, et inter ignitorum globorum
faces incendiarias, in ore tandem gladii hostis superatus, oppi-
dum captum, Cosaci cum plebe trucidati, ferocissimae religio-
nis et obstinatae perfidiae in victimas cecidere: quas inter
Andreas quoque Doroszenko nefarii Cosacorum Ducis germanus
frater, famosa vindicis gladii offa periit, luxitque Nawolocia
sanguineis lacrimis funus suum: quae olim Achillis nostri for-
tissimi Hieremiae Ducis Wisniowiecii, Palatini Russiae, post

insignem Berestecensem victoriam in castris febre maligna
exstincti celebre funus et lacrimas nostras viderat.

Memorabile hoc opus Radivillianae virtutis auxerat Regis
bellicosissimi triumphalia decora, sed accendit quoque tanto
flagrantius Cosacica odia, supplici per eos ad portam Othoma-
nicam recursu, ut vere proximo copias in nos quam maxi-
mas armaret abolendo dedecori Chocimico, et Podoliae tanto
amplius subjugandae. Quod cum Regem electum non lateret,
fesso militi respirio aliquantum concesso, multisque jam ante
obtentam missionem ad propria dilapsis, ipse animo irrequieto,
nunc Moschos ad societatem belli contra Turcas inducere,
nunc legionum damna per novos delectus supplere, nunc ap-
parata bellica contra vim ab oriente impendentem providere,
non morari consilia, sed mature consulta ocyus exequi, dilatamque
rursus inauguratione regia mereri potius bello coronas, quam
coronari maluit. Haec inter ardua curarum Regis electi molimi-
na, crebris ad eum nuntiis, moto iterum oriente defertur,
Ibraimum Ducem Turcarum cum numeroso exercitu finibus Re-
gni appropinquare, jamque Istro et Tyra superatis in vici-
nis Cameneco locis constitisse. Advolaverant et Scytharum
densissima agmina, jussis Othomanicis huc excita, quorum prin-
ceps nuntio ad Regem submisso per conditiones pacis ad
transigendum cum Turcis, intermedium se fore pollicitus, ut
feciales ad id deligeret, expediretque insinuavit. Non rejiciendam
paciscendi cum hoste occasionem Rex arbitratus, delectis ad id
heroici animi et magni consilii viris, si forte pax honesta et Rei-
publicae utilis componi posset, fidei eorum et prudentiae deman-
davit. Sed cum ingenium barbari hostis et arrogantiam probe nos-
set, praetensae pacis haud successurae tractationi juste diffi-
sus, arma parare, legiones ex stativis evocare castris locum de-
ligere, hostium meditamenta explorare serio aggressus, pervigil

et contra vim Othomanicam animo obfirmatus, operiebatur inte=
rim, quonam transactio illa pacis vergeret, quae ignominiosis et
non ferendis ab hoste conditionibus propositis dum coalescere non
potest, prout fuerat in speciem tantum assumpta, tandem evanuit.

Ad arma igitur ventum Ibraimo versus Zbarazum cum ex=
ercitu progresso, cujus expugnatione mox ostendit, quantam no=
bis perniciem moliretur. Prima hic ejus rabies, meditatum vi=
rus satis hostiliter effudit, oppido primum capto, caesisque de=
fensoribus ejus, quos facile tantae potentiae moles oppressit:
arcem deinde a Ducibus Zbarazensibus et Wisniovecensibus
egregie munitam, machinis bellicis et praesidio militari instru=
ctam magna vi Turcae aggressi, ut ea potirentur, toto impetu
recentissimarum adhuc virium egerunt, et in promptu fuerat,
praesidiarios ope omni suppetiarum destitutos ac velut in fauci=
bus tantae belluae haerentes, voracissimo hiatu absumere, qui=
bus ad extrema deductis arx in potestatem Turcicam cum
omnibus machinis bellicis venit. Ex hoc successu Ibraimus
opibus humidis altius elatus motis et mox positis ad Podhayce ca=
stris locum illum magnorum Potociorum haereditaria sede cele=
brem tot armatorum millibus obsedit. Incolae loci et qui huc ex
adjacentibus oris confugerant, viri fortes eb bello idonei ac per
tot periculorum experimenta contra hostem animati, munimentis
natura et arte factis strenue defendendis robusta et indefessa
virtute non defuere, quos contra Ibrahimus tanto ardentius
bellico furore inflammari coepit, quanto ad resistendum paratio=
res invenit. Machinis proinde grandioribus circumquaque dis=
positis, et horrendum in modum detonantibus, datoque militi
ad invadendum signo, vallum superare et per munimenta ir=
rumpere saepius cum tentasset, a defensoribus fortiter rejectus
ac iras ob id atroces animo coquens, ut eos continuis aggressi=
onibus fatigaret, exhaustisque viribus tandem consumeret, ob=
sidium illud longius produxit. Rex interim gravissimum belli
discrimen considerans et hostem in propinquo praevalidum

habens, collecto ad Gliniani primum exercitu, mox ad tutiora
quae cis Leopolim opere militari nuper erexerat, circumval=
lationis castrensis propugnacula se recepit. Ut vero hostem in=
gruentem varie distineret, Zlocovium Stanislao Jablonovio,
Brodnensem munitionem Demetrio Duci Wisniowecio, alia aliis
heroibus castella defendenda commisit, et in iis ad reprimendos
Scythas opportuna legionum praesidia disposuit, ipse pectus
et caput augustum in fronte periculorum pro patria hosti
objecit, dolens graviter, quod ob imparem necdum uniti exer=
citus manum, quippe Lituanicae copiae eousque non advene=
rant, laborantibus in Podhayce et arctius in dies obsessis suc=
currere non posset, quorum frangendae constantiae et expugnan=
dae virtuti Turcae dum violentius instant, 20 prope millia
Scytharum Nuradino et Adzigereo Ducibus ut Regem cum
parte exercitus circa Leopolim haerentem in discrimen inopi=
natum adducerent, ex castris Turcicis pernicissimo cursu
advolavere. Multitudo haec barbara ut primum apparuit,
a Rege imperterrito fortiter excepta est, qui illico legioni=
bus in aciem deductis, Scythicoque furori oppositis ad con=
fligendum cum hoste paratum se ostendens, in aream Martis
descendit. Excepere Scythas primum fortissimi quique ad pugnam
eos praelium velitationibus provocantes, in quibus audacissimi
barbarorum caesi, cruenta reliquis auspicia dedere. Densatis
mox cuneis et validiori concursu agi coeptum: inter confertis=
sima Scytharum agmina, Rege ipso centuriones et primipi=
los cohortium animante ducenteque ad ausus heroicos, prout
erat totus Martem et proelia poscens, nec parcens majestati,
quam tanto discrimini pro salute publica intulerat, stricto
gladio metuendus et ubique pugnacissimos militum in ge=
tarum caedem acerrime urgens. Tanto stimulo et teste ge=
nerosus nostrorum ardor calentius inflammatus, ivit contra

hostium saepius repetitos impetus, ferocesque pariter et fu=
gaces invicta virtute repressit, ac persecutus est, cadentibus
passim Krimensibus victimis et in foedo sanguine mersis.
Enituit hic inter fortissimos heroas Hieronimi Lubomirskii,
Equitis Melitensis ingens animi robur et spectatissima in a=
cie virtus, qua mediis hostibus immistus, dum summo cum
ii fervore congreditur, ne extremum discrimen subiret, Re=
ge sollicito, a submissis per eum vix revocari potuit. Quare Ge=
loni adeo cruentum conflictum amplius non ferentes, sensim
primum ex acie retrocedere, mox fugam circumspectare, et
tandem vergente ad occasum sole, turbatis ordinibus effundi
in eam coepere, quibus ab ultore insequentium gladio, haud
dubia pernicies instabat, nisi ingruente nocte obtecti, dum
per devia et paludosa conflictantur sub umbrarum latebris
filii tenebrarum evasissent. Laetus hac barbarorum fuga
et strage Rex, supplices cum exercitu Domino exercituum
gratias egit: dedit quoque plausum metu soluta Leopolis
et pro augusto principis sui capite manus in coelum ten=
dens, cui tunc clipeus salutis et turris fortitudinis, to=
tique patriae extitit, cum procellosam illam Scytharum
nubem tanta suorum paucitate disjecit, Ibraimique fa=
stum insolentem depressit.

Urgebat tum ille in Podhayce obsessos oppugnationi pae
fortissime hactenus resistentes, abiissetque irrito sane conatu
nisi dolosis artibus et perfido deditionis illicio infelices
illos circumvenisset. Diu quidem vim immanem et atroces
hostium insultus, bellaces illae animae sustinuerant: sed
cum nulla spes subsidiorum affulgeret, munimentaque sua
tot hostium aggressionibus, numero diminuti aegre jam

tuerentur, Turcis deditionem

tuerentur; Turcis deditionem succedentibus,
et secura oia pollicitis, fidei se tandem bar=
baro commiserant quâ decepti, deplorato
eheu interitu cecidere. Imbraimus quip=
pe constantia eorum, et marte imperito
exacerbatus, rabidus quidem totus sed
furiale malum animo premens, dijras
ultrices obsessis parabant; quas in e=
os cum pachi deditionem in potesta=
tem eius venissent, contra fidem datam
per summum scelus effudit, rapinis,
caedibus, incendiis, oia populatus; Sae=
vitque in oppidanos aeque et praesidia=
nos et in promiscuum vulgus, extrema
barbarie celebri illo loco in suae imma=
nitatis detestabile, monumentum, ad
favillas prope redacto. Potociorum,
tum gloriae meritorum, et triumphorum,
etiam in iis ruderibus, sed iam nunc
nova rerum facie aatis, aeternum dura=
turo splendore, non extincto. Et quam=
quam post immane facinus, animum in=
gentem circumferret; terruit eum tum, et
retrocedere coepit, nuperrima illa Scy=
tharum, versus Leopolim infelix excur=
sio, Regisque invicti non formidandum,
contra quem ultra progredi non au=
sus, Trebouls in recessu expugnationem
tentavit,

Treboula a Tur=
cis oppugnat[illegible]

tentavit, probro suo, et Polona virtutis
insigni experimento. Situs loci ob ar„
cem monti procelso impositam, defen„
sioni opportunus. Stimulabat potius„
do eius avidum hostem et recenti Pod„
haycensi excidio tumentem, qui de„
fensorum eius manum exiguam spr„
verat ceu tta poteo sustinenda non
suffecturam, sed qui defensoribus cum
potestate praeerat, vir militaris pro„
pugnandarũ apprimé gnarus, nec
tam nõa loci, vel modico praesidio
quam Dẽo potius fidens: cum minas,
et fastus hostiles animo supergre„
ditur; contra vim, et furias Ibrai„
mi, imperteritus stetit. Turcae igi„
tur expugnationem orsi, machinas
bellicas admovẽt, munimentorum
propugnacula indesinenter quatiunt,
undiq acriter instant, et extremo ni„
su in obsessos feruntur: qui ex adver„
so pariter hostilia reddunt, perviti
giles in stationibus excubant, ex
arcis fastigio in circumfusos tor„
mentis bellicis detonant; et licet
mutandis vicibus ob paucitatem non
sufficiant,

sufficiant, strenué tũ et constanter sta„
tiones suas tuentur. Torquebat id et ure„
bat paui graviter Imbraimum maturan„
do quantocius peri solicite intentum;
cum iam inaudiret Regem cum exercitu,
ad succurendum obsessis adventare;
constaretq ex exploratoribus copias
eius iam prope Buczacium visas,
oppugnatoribus imminere. In„
graves
de furor et rabies contra obsessos in„
dies maior; truces hostium animi,
et vehementiores assultus; continua
missilium globorum eiaculatio, irre„
quieta aggressionum vis; quae tum
ipso etiam hoste attonita, contra ob„
firmatos cum nihil profuit immo
saepius cum caede Turcarum reicitur;
Deo tñ pusillam illam manum ser„
vante et protegente, in irritum ceci„
dit: cum Imbraimus Regem in proe„
lia datum, nuper etiam copiis Li„
thanicis auctum, expectare veritus,
motis versus Camenecum castris,
ab expugnatione Trebovlensi inglo„
rius recessisset. Premebat eius vesti„
gia Rex et instabat abeunti; nec
tum cum ad confligendum elicere po„
tuit, cum fugienti similis ad supe„
randum

Turcae irrita e„
ventu ab oppu„
gnatione Trebo„
vle recedunt.

superandum Tyram properat, ponteq̃
relicto in Daciam festinus abit: pal-
mareq̃ decus Regi bellicoso, et tot præ-
clare gestas, in tti discrimina belli,
summa virtute perfuncto relinquit,
qui demisso exercitu, cum fesso tot
curis militaribus augusto capiti, ñ
nihil respiri dedisset, per inaugu-
raõnem Regiam hucusq̃ dilatam, de-
sideriis et expectaõns populorum sa-
tis facere constituit, atq̃ diademate
tot meritis parto coronari: cum Roma
quoq̃ Clemens X. Pontifex Maũs, magni
iubilei graũ Porta S. ritu solenni 24. ro-
bris occlusa, coronidem imposuisset,
eodem magno Iubileo per oẽs Chri-
stiani Orbis partes, et Provincias,
Anno insequenti, auctoritate Aposto-
lica celebrari concesso. Obiit hoc an-
no in Universitate nostra vir pro-
bus, eruditus et eximius Ioannes
Krzyzanowski Collegii Jurisperitor.
Professor 24o. Junii ipso die S. Joannis
patroni sui, dum vesperi ad aper-
tas fenestras, devotis precibus
vocat, subita apoplexia extinctus,

Clarissimi vi-
ri Joannis Krzy-
zanowski Juris
Utriusq̃ Professo-
ris obitus.

cum iam

cum iam respondendi in Doctores Iuris
facultatem obtinuisset; quam ob mortem
ingruentem assequi prohibitus, ad au-
reolam et locum doctoralem in Coelum
migravit.

Annus Christi 1676.

Decreta augustæ inaugurationi Regiæ
die 2a. Februarii cum iam prope immineret,
invitati per Regias literas, ad hunc ac-
tum sollennem Proceres, Regni et Nuntii
Provinciales ad Comitia delecti oia li-
bentius animis maturabant, quæ ad
hunc splendidissimum apparatum
pertinuere. Sedes quoq̃ Regni Cra-
covia arcubus triumphalibus erigen-
dis intenta id solicite agebat; ut
Regi suo decus magnificentissimum
triumphalis occursus, et ad redden-
dam homagium dignam tanto Prin-
cipe majestatem prepararet. Pri-
mum igitur pro more solito, Andre-
as Olszowski Archiepiscopus Gne-
snensis et Primas Regni, cum Sta-
nislao Warszycki, Castellano Craco-
viensi, eodem carpento invectus
antecedente Illustrium virorũ ma-
gno nostro 28o. Januarii adventum Re-
gium

Regium provenit: cum iam Bonisius quoq Nuntius Apostolicus, quem postea Innocentius XI. Pontifex Mãus S. R. E. Cardinalem creaverat, Cracoviæ constitisset. Aderat et Regis Persarum Legatus per tot longissima viarum huc ægrè tndm eluctatus; Episcopus quoq Bellovacensis a Forbin dictus, Ludovici XIV. Legatus Galliæ Regis, et plurimi vicinorum Principum Internuntii, nec non exterorum selectissimi adfuere, tanti actus raritate et celeberrima Principis fama illecti. Rex interim in Palatio Episcopali Promnicensi substiterat, dato spatio excipiendis occurentium salutionibus, pompaq triumphali in crastinum parandæ. Vix orbi illuxerat, dies 29. Januarij, quam Rex ingressui suo ad sedem Regni destinaverat, cum ingens multitudo populi; sedibus suis mota, Urbeq egressa suburbana õia complens, nec tedium expectationis sentiēs, ob desiderium Principis, cuius vel ipse aspectus animorum exhilarão fuit, lætissimam rerum faciem auspicata est. Jam et hastatæ Loricatæq cum apparatu militari cohortes prodierunt; peditumq et Urbanarum Tribuum, iuxta

ordinem

ordinem suum dispositæ legiones visebantur, cum Rex non diu moratus e Palatio Episcopali versus urbem movens expectantium agmina procedere iussit. Excepit eum prima Cleparдiensis magistratus salutão, Successore deinceps Consules Civitatis Casmiriæ ad Cracoviam sitæ. Universitas quoq nostra ad ædes S. Floriani, intrò in templi faciem honorifice deductum magni olim viri Simonis Starowski, Rectoris sui, ore eum diserto consalutavit, quod et in aditu portæ S. Floriani, Urbanus Metropolis Regni Senatus, more csueto fecit; cuius salutatione humano excepta, Regiæ Mtis magnificentiæ splendor, in urbe apparuit. Antecedebant Regem primaria Officialium Regni et Cel. sissima Senatus Poloni ac Lithuaniæ capita; auro gemisq fulgurantia; quorum claudebat agmen Christianissimi Regis Legatus; oculis õium in uno Rege defixis sufficerat visendus, inspectante Regina, et prole Regia è palatio Donhoffiano, per geminos arcus

Universitas Cracovien: ad ædes S. Florian: Regem salutat.

Rex Cracoviam splendidissimo apparatu ingreditur.

trium

triumphales, cum ingeniosis symbolis, et inscriptionibus Urbano sumpta erectos, ac festas undiq. acclamationes, et machinas bellicas detonantes, ad arcem Vavellanam, et Cathedralem basilicam Cracoviensem, ut D. Stanislai Martiris sacra Lipsana veneraretur. Deindem post per augusti capituli Cracoviensis salutationem, in palatium Regale introductus.

Post hac triumphalia, successit die 31. Januarij spectaculum duorum Regum exuviis, uno funere elatis, inaudito hactenus in Polonia exemplo luctuosum. Decesserat ante triennium Joannes Casimirus Rex in Gallia; quo se post abdicationem Regni contulerat; cuius rei postea cum penituit; cum non respondisset votis eius, quae magnifice promissa fuere; quinimo cum tot gentium Monarcha majestas illa infra dignitatem habita; non aestimationis tantum, sed peculii quoq. Regales scopulum in portu invenisset. Sed haec dissimulari, obtegiq. debuerant, cum iam corrigi non possent, et tum demum patuit, consilia abdicationis quam inconsulta fuerint, cum nec Gallus, cui haec scena potissimum instruebatur, in

in Regem electus, spes suas assequi; nec Casimirus protensam post curas ingentes animi quietem ac tot elusae spei fastidia et exotica sinceritatis fabrica, habere potuisset. Quare ut Jagellonicae domus et tot Regibus coronatae Prosapiae, ultima illa coronis extra Patriam absq. honore non delitesceret; augustos eius cineres, ut originis suae gremio redderentur, Andreas Trzebicki, Episcopus Cracoviensis, ultimae voluntatis Casimiri Regis executor deportari curavit; in quo officio pietatis multa Parisiis impedimenta obiecta fuere, antequam posthumum illud exuviarum Regalium depositum in Poloniam devehi permitteretur, et cum sopitis difficultatibus compositisq. omnibus, quae protendebantur, extra Urbem Parisinam processisset, rursus ob minutiora quaedam debita, in Rem defuncti Regis contracta magistratus inhibitione subsistere coactum; olim tandem coram Parlamento Zelosius nostris ob rei indignitatem agentibus, et iisdem perlamenti iussu dimissum fuerat. Vidit certe magno dolore intuentium, externum hunc in pios Manes affectum Cracov: cum tumba illa sepulchralis, in vicino illi monte argenteo, apud P.P. Camaldulenses eremitas, ex itinere primum de-

deposita fuisset, satis misera, et tlo Re-
ge indigna; in cuius pectore exanimi,
stannea exiguo tabella incisa, brevis in-
scriptio legebatur; ingemiscentibus cunc-
tis, et loculo illi indignantibus; ob cu-
iis nimiam angustiam etiam ossa Re-
gia coarctari necessum fuerat. Id vero
Andreas Trzebicki, ut primum rescivit,
tumbam Regalem, quantotius parari,
et accellerari; Galicam vero oculis ad-
ventium subtrahi, et in occulto hberi
tam diu mandavit, donec in augusti-
orem cineres Regi deponerentur. Por-
ro Michaelis Regis defuncti exuviae,
Varsaviae hactenus depositae longe ho-
norificentius habitae sunt: Clero in ea-
rum depositionis loco continuo sacris
operante; urnaq Regia pretioso holose-
rico tecta, quem intus clauderet testa-
batur, innumeris populorum osculis
in ea defixit, lacrymisq accedentium,
et suspiriis nunqm cessantibus; eti-
am cum deportata Cracoviam, in aedi-
bus S. Floriani, cum Joannis Casimi-
ri tumba collocata fuisset. Ab his igi-
tur aedibus, die 31. Januarij amborum
Regum funus, uno feretro deductum
est, ad Cathedralem basilicā Cracovi-
ensem comitante Rege et Principum ex-
terorum

Joannis Casimi-
ri et Michaelis
Regum Poloniae ce-
lebre funus in
Cathedrali basi-
lica Cracoviensi.

caeterorum Legatis, universoq Senatu, et
Equestri Ordine: vexilis quoq Provinci-
arum, per vexiliferos more solito pro-
lati. St. Laudati uterq Principum fune-
bri panegyri ab Andrea Trzebicio Epi-
scopo Cracoviensi quae typis vulgata pro-
dierat, moxq post solenne sacrum ab An-
drea Olszowio Archiepiscopo Gnesnensi
celebratum conditae sunt, Regis quidem
Casimiri exuviae, in sacello ad dextrum
latus tmpli quod sibi marmoream erigi
curaverat; Michaelis vero in sacello
alieno, cui nec mausoleum, nec epita-
phium hactenus positum, quamvis lo-
co, et sarcophago n eminceat, memo-
ria tn et amore posterorum satis au-
guste conservatur. Rupellanas dein-
ceps die sequenti; nimirum prima Fe-
bruarij, Rex adit aedes Clero universo
praecedente et comitantibus Regni Pro-
ceribus cunctis imbiq iuxta morem
consuetum coronandorum Poloniae Re-
gum, D. Stanislai Martyris et prae-
sulis celebrem Martii locum vene-
ratus; opem per eum divinam, et au-
spicia Regni felicia, supplici ritu
imploravit. Adfuit tndm dies 22°
Februarij

Februarij purissimæ Matris Divinæ, sa-
cræ purificationi dicata, et ideo in æ-
reos benedictos splendidisse, Coronatio-
nis Regiæ testis triumphalibus desti-
nata. Apparatus ad eam et splendor
ois exquisite paratus, Ræ maiestati
respondit. Impleverat Cathedralem ba-
silicam, frequentissimus Principum, Se-
natorum, et Equestris Ordinis Nun-
tiorū concursus; a quibus Rex magni-
ficentissimè ad altare maius deduc-
tus, in sacros ritus, et lætissimos ap-
plausus, ab Andrea Olszowio Archi-
episcopo Gnesnensi feliciter est corona-
tus; iuramentum qd sequitur, concep-
tis verbis in facie oium præstitit.
Ego Joannes III. electus Rex Poloniæ,
magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prus-
siæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Vol-
hyniæ, Kiioviæ, Podoliæ, Podlachyæ,
Smolensciæ, Severiæ, Czernichoviæ, per
eos Regni Ordines, utriusq gentis
tm Poloniæ, qm Lithuanæ, cæterarumq
Provinciarū Regno Poloniæ, magnoq
Ducatui Lithuaniæ annexarum, et
incorporatarū, coum consensu libere
electus spondeo ac sancte iuro, Deo
omnipotenti, ad hæc sancta Jesu
christi Evangelia, quod oia iura,
Liberta-

Rex ab Andrea Olszewski Archi-episcopo Gnesnensi coronatur.

Juramentum Regis.

Libertates, immunitates, privilegia
publica, et privata iuri couni, utri-
usq gentis tum et Provinciarum an-
nexarum, et libertatibus n estaria
Ecclesiasticas et Seculares, Ecclesiis
Catholicis Dnis, Principibus, Baro-
nibus, Nobilibus, civilibus, incolis,
et quibuslibet personis cuiiscunq
status et conditionis existenti-
bus, per Divos Prædecessores meos
Reges, et Principes quoscunq Regni
Poloniæ, et magni Ducatus Lithua-
niæ, præsertim verò Casimirum
antiquum, Ludovicum Loiz nun-
cupatum, Vladislaum primum
Jagellonem dictum, fratremq e-
ius Vitoldum M. D. Lithuaniæ,
Vladislaum II. Jagellonis filium,
Casimirum III. Jagellonidem, Joan-
nem Albertum, Alexandrum, Sigis-
mundum primum, Sigismundum
II. Augustum Henricum, Stepha-
num, Sigismundum III. Vladisla-
um IV. Joannem Casimirum, et Mi-
chaelem Reges Poloniæ, et magnos
Duces Lithuaniæ iuste et legi-
time datas, concessas, emanatas,
et

et donatas ab oibusq Ordinibus tpore
interregni statutas, atq sancitas mi,
hi oblatas: tum pacta conventa, per
Oratores meos, cum Ordinibus Regni,
et M. D. Lithuaniæ et Provinciarum
annexarum inita, manu tenebo, obser,
vabo, custodiam, et adimplebo in om,
nibus conditionibus, articulis et punc,
tis in iisdem expressis, pacem quoq
et tranquilitatem in dissidentes de
Religione Christiana tuebor, manu te,
nebo, nec ullo modo, vel iurisdictio,
ne nostra, vel officiorum nostrorum,
et statutum, quorum vis auctorita,
te quenqm offici, opprimi causa
religionis permittam, nec ipse affi,
ciam, nec opprimam tq ac eaq in
electione nostra Varsaviensi con,
stituta sunt, et quæ in conventione
Coronationis nostræ constituentur,
manu tenebo, iisq satisfaciam. Oia
illicite a Regno, magnoq D. Lithua,
niæ, et dominiis eorundem, quocunq
modo alienata, vel bello vel quovis
alio modo distracta ad pprieta,
tem eiusdem Regni Poloniæ, M. Li,
thaniæ Ducatus aggregabo, termi,
nosq Re,

Regni; et M. D. Lithaniæ, non minuam
sed defendam, et dilatabo. Justitiam
oibus incolis Regni iuxta iura publi,
ca in oibus dominiis constituam, absq
oimbus dilationibus, et prorogationi,
bus administrabo, nullo quorum
vis respectu habito, et si /: quod ab,
sit :/ in aliquibus iuramentum meum
violavero, nullam mihi incolæ Re,
gni, oimq dominiorum meorum, uni,
uscuiusq gentis obedientiam præsta,
re tenebuntur, immo ipso facto eos
ab omni fide, obedientia Regni de,
bita, liberos facio: absolutionemqz
nullam, ab hoc meo iuramento, et quo,
piam petam, neq ultro oblatam sus,
cipiam, sic me Deus adiuvet, et hoc
S. Christi Evangelia.
Forma hoc iuramenti, desumpta est
ex constitutionibus generalium Co,
mitiorum, felicis coronationis Re,
giæ A. D. 1676. intr coronationis so,
lennia, quod paucis antea innotu,
it. Serenissima quoq Maria Casimi,
ra, consors Regia, in reginam Polo,
niæ inaugurata, et coronata est, ad
rem minus expectatam plurimis
attonitis, aliis ægre ferentibus, qd
inconsueta Reipub. Dactum id fue,
rit, Archiepiscopum carpentibus,
et

Serenissima Maria Casimira in Reginam Polon: eadem die et ab eodem Archiepi, scopo coronata.

et iam prestari paratis. sed tndm pa-
lam reclamare non ausis. Sic res suc-
cessit arcano sub tecta, quo licet
postea liberis vocibus inter conven-
tus Nobilitatis varie exagitata fu-
erit, infirmari post factum non
potuit, resedito silentio involuta, et
ad extremum in ratificationem versa.
Coronati deinde Principes, convivio Re-
gali, Legatis exterorum Monarcharum,
Senatui et Proceribus Regni hijlaria
facere, ut vero iuramentum fidelita-
tis, ab Urbano Cracoviensi magistra-
tu Rex pro more solito reciperet; ad
theatrum in foro Urbis ad id sump-
tuose erectum, cum splendidissimo Co-
mitatu Regalis habitu descendit, re-
ceptoq a Civibus homagio, et aliquot
auratis equitibus creatis ad Regale pa-
latium noctem illam exegit, ignibus
triumphalibus collucentem. Cura mox
successerunt publicae, Generalibus Comi-
tiis die 4a Februarij coeptis, in quibus
a Nicolao de Granow Sieniawski Ve-
xilifero Regni, Equestris Ordinis Ma-
reschalco, Rex nne Provincialium Nun-
tiorum salutatus, post osculum ma-
nus Regiae, ex quo in consilium pub-
licum veniebant Ordinibus Regni pro-
poni fecit; ac die sequenti nimirum
5ta

Rex homagium a Civibus Cracov: pu-
blice recipit.

5ta Februarij, oium statuum privile-
gia, generali diplomate suo volumini
Constitutionum inserto, iuxta Doam
sequentem conformavit.

In Nne Dni Amen.

Nos Joannes III. Dei gra Rex Poloniae,
Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prus-
siae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae,
Smolensciae etc. significamus pre-
sentibus literis nostris, quorum in-
terest universis, et singulis. Ea de-
mum suprema populorum felicitas,
ea Regnorum et Principatuum firma
et solida sunt stabilimenta, cum
iura privilegia libertates, prero-
gativae a tutela Regnantium illae-
sam, et intaminatam nanciscun-
tur auctoritatem. Neq etiam Regnan-
tium tutius securiusq munimentum,
quam leges privilegia, subiectorum
sibi populorum manu tenere: itaq
earundem vigorem conservare, pro-
viderег nequit, eiusmodi interveni-
at, quod easdem leges imminuere,
vel infringere, aut earum invalidum
prestet auxilium. Proinde cum Coeli
ipsius assensu, et propitio favore, ad
amplissimi hu-

huius Regni gubernationem assumpti sumus, omniumq. ordinum unita, et collecta suffragia, hoc nobis detulerunt Regimen, peractaq. in basilica Cracoviensi per manus Reverendissimi in Christo Patris Dni Archiepiscopi Gnesnensis Primatis Regni inauguratione, nihil magis vota et desideria nostra solicitavit, nisi ut ea studia eam benevolentiam Universae Reipub: quae novo et insolito ante hoc exemplo, sine ulla contradictione, unanimi omnium consensu, Senatus et frequentissimae nobilitatis, quae ad campum electionis confluxerat, concordibus votis, suffragiis, nos in Regem elegit, dixit, proclamavit prono excipiamus animo, mutuaq. pensemus, gratae voluntatis significatione. Ac imprimis ea omnia, quae circa actum electionis tum et felicis nostrae coronationis solenni spopondimus iuramento, Nos impleturos ad effectum deducere volumus.

Quamvis

Quamvis vero nihil tale reperiri possit, nullaq. nostra industria sufficiat ad exprimendum, uberiusq. testandum amorem erga hanc charam parentem Patriam nostram, quae nos in dulci sinu libertatis genuit, fovit, educavit; ne tu a consueto Serenissimorum Antecessorum nostrorum exemplo videamur deflectere, scripto id consignamus, firmamus: quod illibate tueri, observare, manu tenere; per omnem vitae nostrae cursum contendemus. Quam ob rem motu proprio, animoq. deliberato, more et consuetudine Divorum Antecessorum nostrorum, Poloniae Regum et Magnorum Ducum Lithuaniae omnia privilegia, inscriptiones, donationes, adavitalitates, libertates, prerogativas, et immunitates Regni Poloniae, et M. D. Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podlachiae, Livoniaeq. et ut in specie Ducalis Prussiae, Lemburgi, et Bitoviae, iuxta iura sua, quo nomine confirmationem nostram ad norma a D. Praedecessoribus nostris editam, ex Cancellaria nostra extradere, et constitutionibus mo-

dernorum

modernorum Comitiorum inserere iussimus, ac aliarum Provinciarum iis annexarum coniunctim, aut separatim ipsis concessas Ecclesiasticas et seculares, tam publicarum quam privatarum personarum, cuiuscunque status, conditionis, atque sexus existentium, Civitatumque, et locorum quorumcunque per Antecessores nostros Reges Poloniae, et magnos Duces Lithaniae, ac terrarum iis coniunctarum Reges, Principes, Duces ac Dominos, tam in toto quam in parte, praesertim vero Casimirum magnum Ludovicum Loiz nuncupatum, Vladislaum II. Jagellonem dictum, fratremque eius Vitoldum, et Sigismundum, magnos Duces Lithuaniae, Vladislaum III. Casimirum III. Jagellonis filios, Joannem albertum, Alexandrum, Sigismundum I, Sigismundum II. augustum, Henricum Stephanum, ac Sigismundum III. et Vladislaum IV. Joannem Casimirum, et Michaelem Reges Poloniae, et magnos Duces Lithaniae, ac etiam per magistros

Prussiae

Prussiae, atque Archiepiscopos, Magistros, Praeceptores antiquos Livoniae, nec non Duces Princips ac Dominos terrarum Prussiae et masoviae, iuste et legitime concessas, et emanatas, ac iuri communi utriusque gentis non contrarias. Et item iura leges, statuta, constitutiones, iuditia tribunalis ultimae instantiae, ac decreta libertates et immunitates in conventibus Regni generalibus quibuslibet, ordinationesque latas atque sancitas, nominatim autem libertates, et ~~immunitates~~ leges in conventu electionis Henrici Regis, ac in conventu Andreoviensi, et coronatione Serenissimi Sigismundi III. laudatas ac denique leges et constitutiones in praesenti conventu sancitas, aut quae adhuc sancientur et nobis exhibebuntur, ita tamen ut nec specialitas generalitati, ac generalitas specialitati deroget: tum etiam conditiones cum Ordinibus sancitas, in omnibus earum articulis, punctis, clausulis, conditionibus approbandas, roborandas duximus, approbamusque, roboramus, confirmamus, per praesentes literas nostras: decernentes illas, et illa omnia quae superius commemorata sunt perpetuo indubie, ac

inviolabilis

inviolabilis firmitatis robur obtinere de-
bere. Recipimus, spondemus, et Regio no-
stro verbo pollicemur illas in praedictis
earum punctis, articulis, clausulis, con-
ditionibus, firmiter, inconcesse, inviola-
biliter tenere, observare, implere, exequi,
ac oibus et singulis ex iis satisface-
re, cum effectu, et teneri, observari,
et exequi facere. Item pollicemur, re-
cipimus, ac spondemus, qd oia per
hostes, finitimos iniuste à Regno, et
M. D. Lithuaniae, ac dominiis earundem,
quocunq modo occupata, vel bello, vel
quovis alio modo distracta, ad pro-
prietatem, et unitatem eiusdem Re-
gni Poloniae, magniq Ducatus Lithua-
niae tum et Provinciarum iis annexa-
rum aggregabimus, neq fines Regni,
et Dominiorum nostrorum minuemus,
sed pro viribus nostris proferemus,
et dilatabimus. Quodsi aliquid contra
libertates, et immunitates, iura et pri-
vilegia praedicti Regni, et M. D. Lithua-
niae, ac caeterarum Provinciarum iis
annexarum fecerimus, non servan-
tes /: quod absit :/ aliquid illorum in to-
to vel in parte id totum irritum, et i-
nane nulliusq momenti fore decerni-
mus et pronuntiamus. Quod vero su-
pra hisce literis privilegia, liberta-
tes Ecclesiasticas cum caeteris confirma-
verimus

confirmaverimus in iuramento nostro,
Ecclesias Catholicas Rñas nominaveri-
mus, id nihil oibus Ecclesiis graecis,
et privilegiis earundem, obee dbet:
immo eadem in suo robore conservamus,
nec non et articulo iuramenti iure,
ne unquam derogare volumus: qd
videlicet pacem et tranquillitatem in-
ter dissidentes, et religione tuebimur,
et manu tenebimus, quam inconcus-
se firmiter, ac inviolabiliter, et cum
effectu nos observaturos promitti-
mus, ac spondemus: iura quoq ter-
rarum Prussiae specialiter vero indi-
genatus in oibus manu tenebimus, et
in suo robore conservabimus, vacan-
tias oes in terris praedictis, iuxta te-
norem iurium terrarum praedictarum,
et constitutionum, anni 1647. Indige-
nis terrarum Prussiae conferemus, et
articulum de distribuendis vacan-
tiis, pactis, conventis felicis, elec-
tionis Joannis Casimiri insertum,
speciali iuri terrarum Prussiae de-
rogare n dbre, declaramus. Dan-
tes insuper potestatem Cancellario,
et Vicecancellario Regni, ut has
literas

literas confirmationis generalis, iurium, privilegiorum et libertatum Regni, et Magni D. Lithuaniæ et Terrarum iis annexarum, autentice sub Regni sigillo Ordinibus, terris ac subditis nostris, qui eas requirent, non expectato alio mandato nostro, uterque vel alter eorum extradat, in cuius rei fidem literas hasce manu nostra subscripsimus, sigillumque Regni, iis appendi iussimus. Datum Cracoviæ, in Comitiis felicis coronationis nostræ, die 5a mensis Februarij A. D. 1676. –
Præsentibus Rndissimis, Rndis, Illustribus, Magnificis, Venerabilibus, Generosis, Nobilibus, ac spectabilibus Andrea Olszowski, Gnesnensi Legato nato, Regni Poloniæ Primate, Primoque Principe; alberto Koricinski Leopoliensi, Præposito Miechoviensi, Archiepiscopis, Andrea Trzebicki Cracoviensi, Duce Severiæ, Stephano Wierzbowski Posnaniensi, Nicolao Stephano Pac Vilnensi, Joanne Stephano Wyzga

Wyzga Varmiensi, Regni nostri Procancellario, Stanislao Sarnowski Premisliensi nominato Vladislaviensi Stanislao Dambski Chemlnensi, Alexandro Kotowicz Smolenscensi, Episcopis: Stanislao Warszycki Cracoviensi Castellano, Alexandro Lubomirski Cracoviensi, Capitaneo Sandomiriensi, Michaelo Casimiro Pac Vilnensi, supremo M. D. Lithuaniæ Exercituum Duce, Joanne Garto Sendomiriensi, Andrea Kotowicz Castellano Vilnensi, Capitaneo Grodnensi, Joanne a Budzin Opalinski, Calisiensi, Martiano Oginski Trocensi, Feliciano Casimiro Potocki Sieradiensi, Joanne Carolo Kopeć Castellano Trocensi, Sigismundo Dzialynski Brzestensi, Andrea Potocki Kioviensi, Stanislao Joanne Jablonowski, Russiæ, Regni nostri Campi Ductore, Michaele Duce in Klewan Czartoryiski Volhyniæ: Alexandro Stanislao Belzecki, Podoliæ, Gregorio Podberecki Smolenscensi, Vladislao Regi Lublinensi, Casimiro Sapieha Polocensi, Georgio Demetrio Koributh Duce in Wiszniowiec et Zbaraz Belsensi, supremo Regni nostri, Exercituum Duce, Samuele Prazmowski Plocensi, Joanne Antonio Chrapowicki Vitepscensi

Vitepscensi, Venceslao Leszczyński Podla-
chiæ, Joanne Gninski Culmensi, Joanne
Oginski Mscislaviensi, Constantino Du-
ce in Wiszniowiec et Zbaraz Braclavi-
ensi, Joanne Ignatio Bozkowski Pome-
raniæ Palatinis: Christophoro Grzymul-
towski Posnaniensi S. R. mtis marschal-
co, Alexandro gratus comite de Jar-
now Sandomiriensi, Stanislao Skar-
szewski Voynicensi, Alexandro Siels-
ki Gnesnensi, Joanne Męczenski Sie-
radiensi, Stanislao Mariano Jaskolski
Kijoviensi, Maximiliano Fredro Leo-
poliensi, Stephano Liduchowski Vol-
hyniæ, Joanne Myskowski Belzensi,
Stanislao Kudzinski Czernensi, Carolo
Luzecki Podlachiæ, Stephano Piasecen-
si Brestensi, Michaele Dzialynski Ge-
danensi, Nicolao Przerembski Sando-
censi, Francisco Oswicki Miedrzyrze-
censi, Andrea Kuproszalnicki Bie-
censi, Stephano Gembicki Rogosinensi,
Joanne Zegoborski Zarnawecensi,
Alexandro Dersniak Malogostensi, An-
drea Radoszowski Vielunensi, Jaco-
bo Zkoinski Dobrzynensi, Stanislao
Dunin Borkowski Polanecensi, Joan-
ne Olszowski Brzezinensi, Paulo Sto-

kowski

Stokowski Oswiecinensi, Petro Sladkowski
Sochacoviensi, Joanne Oborski Varsa-
viensi, Joanne Mnieski Conariensi,
Lencinensi, Castellanis etc: aliisq[ue] q[ua]m
plurimis Castellanis Prefectis, nobi-
libus, et Officialibus, Nuntiis terrestri-
bus et secretariis nostris.

Joannes Rex.

Ad initium Comitiorum prima quæ
a Rege postulabat: vocantium in
Repub: Officiorum, distributio fuit.
Et Procancellariatus quidem Re-
gni, post Andream Olszoviam, ad
archiepiscopatum Gnesnensem as-
sumptum, sacræ et politicæ eloquen-
tiæ, facile tum Principi Stephano Wyz-
ga, Episcopo Varmiensi cessit: ob
summi viri decora, et merita per
legem ad id peculialiter sancitam,
indultæ Repub: ut non obstante in-
compatibilitate, cum episcopatu Var-
miensi procancellariï munere fun-
gi posset. Porro exercituum Regni
suprema Prefectura Demetrium Ducem
in Wiszniowiec et Zbaraz Palatinum
Belzenzem Exercituum Regni ~~suprema~~

Prefectura

Stephano Wyzga Episcopo Varmi-
ensi Procancella-
tus Regni confer-
tur—.

Demetrio Duci in
Wiszniowiec et
Zbaraz Palatin:
Belzensi Exerci-
tuum Regni Su-
prema Prefectura
cedit—.

Praefectura Campi Ductorem ex vi legum et meritorum concernens, resistente Andrea Trzebicki Episcopo Cracoviensi, longiores moras extraxit non sine Demetrii Ducis alto dolore, et vulnere cordis, fremituq multorum, quod Heroi bellis prope innutrito et tot fortibus gestis claro, ob leviores quosdam defectus, in re tanti momenti et honoris, obex importunus poneretur: donec tndm constanti Regis voluntate, et Reipub: consensu accedente quoq Trzebicij voto, suprema hoc praefectura Demetrio Duci, honorifice collata, ut ei Stanislaus Jablonovius, Palatinus Russiae, vir sane bellicosus, in Campi Ductoris mnre succederet, locum dedit Intercessecerat quoq sub id tempus ir Michaelem Casimirum Pac Palatinum Vilnensem, et Exercituum Magni Ducatus Lithuaniae Supremum Ducem, et ir Michaelem Radzivillum Ducem in Olyka et Niesvviecz Procancellarium, et Campi Ductorem Lithuaniae, gravis, et diuturna animorum

Inter Pacium et Radzivillum exercitus Lithuaniae Duces gravis dissensio.

animorum exacerbatio: cum Radzivillus, qui sororem Regiam Catharinam Dominici olim Ducis in Ostrog et Zaslaw Palatini Cracoviensis relictam viduam, in matrimonium deduxerat, consanguineis vinculis et Partibus Regiis innexus, perstringeret, et sugillaret Palatinum, quod anno superiori in Russia, in medio rerum bene gerendarum fervore, relictis Regiis, cum parte exercitus in Lithuaniam obiisset. Palatinus vero poteo fideret, et validis militum sibi obstructorum viribus; quorum Tribunos, Centuriones, et veteranorum praecipuos, quasi ad occursum triumphalem Regi exhibendum, secum deduxerat, ac propriis impensis alebat, ut partium suarum robur ostentaret, Radzivilloq apponeret. Hinc in senatu mordaces utrinq sententiae, apertisq odiis flagrantes; nec cessavere deinceps vario militum sono, et pro Ducibus suis Zelo; qui in Grosu, et pro Ducibus suis Zelo; qui in Grodensibus

Grodensibus postea Comitiis, etiam in viris Senatoriis prorupperat; contra quos Palatinus in facie publica vehementius insurgens, iustas irreverentiæ maiestatis vindicias meruerat; nisi Rex ob amorem boni publici inordinatos animi eius motus dissimulasset et condonasset.

Procedebant interim in Comitiis Senatorum vota et Equestris consilia, de belli Turcici prosequendi ratione, de contributionibus publicis statuendis exigendisq; de novo militum delectu, et compescenda eorum licentia, et de iniuriis, ac præiudiciis Provinciarum, per eorum hyberna stativa, et intollerabiles extorsiones factis; de postulatis Palatinatuum per Nuntios terrestres, magno n̄ro propositis: quibus cum privata quoq; desideria passim et intempestive miscerentur; extraxeret tempus. Comitiis designatum, usq; ad festa Paschalia, quibus tandem felix eventus, ipso sabatho magno duabus ante mediam noctem horis, exoptatum coronidem imposuit. Finitis Comitiis postq̄m Marschalcus Equestris Ordinis n̄ne oīum rei valedixisset, recta itum est, ab oībus, ac

Comitia coronationis feliciter conclusa.

ac Cathedralem basilicam, cum iam Dominicæ resurrectionis, triumphales horæ matutinæ decantandæ instarent; quibus Rex cum Senatu, et universo Equestris Ordinis cœtu, devote interfuit; Deoq; immortali supplices grãas egit, q̄d prima haec regni sui, et consiliorum publicorum auspicia, in spiritu concordiæ desiderato exitu terminari fecisset.

Decreta in his Comitiis fuere, ob iustas et urgentes causas, et ob tot ardua negotia, quæ in illis dr̄ifri n̄ poterant, alia extraordinaria, in annum sequentem varsaviæ Comitia constituta, si res et vis hostilis posceret, generalis totius nobilitatis expeditio adinventa contributionum publicarum meliori ordini consultum: data amnistia Tartaris, quos Lipcos vocant, qui Anno superiori dedito Bario ad obsequium Reipub: redierant promissaq; et aliis, si qui deinceps a Turcis descripserunt: designatæ variæ commissiones ad revidendum Regni thesaurum

Decreta in Comitiis Crãois.—

thesaurum, ad ordinata tributa, ad di-
rimendas cum finitimis praesertim cis
Silesiam, de limitibus Regnis contro-
versias: ius nobilitatis, et Indegena-
tus Regni, pluribus bene meritis
collatum; ac praecipue Stephano Pe-
tro Palatino Valachiae, eiusdemque con-
sanguineis, et amicis, qui victoriae
chocimensi, defectione sua a Turcis
plurimi momenti addiderunt: vi-
ro fortissimo Ioanni Samueli Chrzo-
novio Trzeboulensi praesidii Praefec-
to, ac eius praesidiariis, ob locum il-
lum Anno praeterito, contra immanẽ
Turcarum poteam strenue defen-
sum, concessa honoraria, et ducta
sphendia; Universitatis, quoque no-
strae iurium et privilegiorum iu-
xta morem priscum renovata con-
formão: mutataque alia prout res,
et tempus exigebat sancita, et vo-
luminibus legum inserta prodie-
runt; expeditus quoque fuerat et in

Regis Persar. Legatus in Patriam remissus.

Patriam remissus, honorifice cousque
habitus Regis Persarum legatus,
qui de coniunctione armorum con-
tra Turcas, cum Rege et Repub: ege-
rat, speciose quidem, et optabili trac-
tatu,

tractatu, sed irrito postea eventu, ob
secta Machometicae inter Turcas et Persas
coũnem respectum, et innatum Christi-
ani nõis odium. Legatusque ille per Mos-
choviam, Astracamã: Mediam, longis-
simo itinere consumptus, vitâ prius
excessit, qm Regi suo seriem legatio-
nis retulisset. Post consilia publica,
ventum ad negotia pietatis cum mag-
ni Jubilei graãm Anno superiori
Romae finitam, Leo X. Pontifex Mxus,
per universas Orbis Christiani par-
tes, promulgari fecisset. Initium illi
Cracoviae Andreas Trzebicius Praesul
die 19. Aprilis designaverat; duravitque
tribus mensibus, usque ad 19. Augusti po-
pulorum concursu n̄ adeo frequen-
ti, ob res angustas Patriae, et ob ex-
haustos bellis, tributis, et Stativis
militum colonos, cui devotioni Rex
cum Regia consorte et prole sua atque
viris senatoreis nobilibusque postqm
commode vacasset; urgentibus abo-
riente belli gravissimi periculis, ut
illis tempestive occureret, Cracovia
discessit. Celebritate hac magni iu-
bilei Cracoviae adhuc durante, Ro-

Leo X. Pon: Mx: Roma moritur.

error Clemens X. non Leo.

mae 22. Julij Leo X. Pontifex Mxũs, vi-
tam

vitam functus obiit genti nostræ Polo-
næ unice addictus, ut pote qui aliquan-
do apud Nostrum Apostolicum in Patria
nostra Auditoris Cāarum mūre dum
fungeretur, curam Thaumaturgæ Dei-
paræ Virginis Claromontanæ imagi-
ne, sacris primum operatus, idq sæ-
pius et libenter commemorans: coep-
tum exinde erga nos etiam in sum-
mo Pontificatu, testari n̄ desiit affec-
tum, post eius obitum, sacrum Cardi-
nalium collegium, in Sacculo elec-
tioni Summorum Pontificum destina-
to, de Successore ipsius in Cathedra
Petri, cum aliquandiu deliberasset;
Divino tñdm instinctu Cardinalem
Odeschalcum ex Italia Mediolanensi

Innocentius XI. Pontifex Maxus eligitq: et coranatq:

Patria Comensem, Innocentium XI.
postea dictum, magnum sane et sæ-
culis memorandum Pontificem, in
universalem Ecclesiæ Dei pastorem et
vicarium Christi elegit: quod dein-
ceps tot eius immortalia gesta, et tot
triumphales sub eius Pontificatu,
Christianorum ex Turcis victoriæ,
magno totius Ecclesiæ bono docuere.

Hæc Romæ dum aguntur, terror apud
nos, et ingens rursus armorum ab
Oriente

Oriente procella: Sagittano Duce Tur-
corum, cum numerosissimo exercitu Po-
doliæ primum mox et Pokutiæ oris
infuso, Scytharumq subsidiarios, et
quidem pergrandes copias, in per-
niciem nostram secum trahente; cui
Rex cum utriusq gentis exercituum
Ducibus, impari quidem potēa, sed
animo et Marte imperterito, ad Zo-

ad Zorawnum Pokutiæ oppidum Rex cum Tur-cis et Scythis feliciter pugnat.

rawnum Pokutiæ oppidum occurit; no-
tabili parte exercitūs, cis Leopolim, in
ōem casum, et in vim subsidii; atq ad
terrendum hostem relicta Saitan ferox
et tumens, paucitate nostrarum con-
tempta, castris in immensum diduc-
tis, Scytharumq cuneis eis convolu-
tis, castra hic Regia prope ob-
sederat, contra quæ tormentis dis-
positis fulminari cum coepisset;
non minori quoq grandine plum-
bea e castris regiis petebatur. Con-
flictu interim vario, minoribusq
præliis, cum turmis Scythicis, in-
currentibus pugnatumq campoq
sæpius pulsi, cum rursum acri-
us instarent, rursum a nostris for-
titer excepti, submotiq sunt. Duravere
hi

ki sæpius confligentium mutui vario
eventu, concursus, horrendique tormen-
torum boatus, per complures dies pro-
ductus, Rege ad omnia animosissimo,
et in mediis periculis, contra pe-
ricula immoto, tametsi ob densis-
simam missilium ex adverso hosti-
tium nubem, etiam prope Regali
ipsius tentorium, grande plumbeo
icti non nulli caderent, nitratique
pulveris copia ob continuam ma-
chinarum bellicarum explosionem
iam nostros deficere inciperet,
subvehique ob Scythas circumquaque
effusos, absque discrimine non posset.
Rebus proinde in arcto positis, so-
la remedium spe in Deo, et heroi-
ca virtus, quæ tum in exercitu no-
stro præclare satis enituit; hoste
ad extremum ob insignem nostrorum
fortitudinem spe sua evoluto, et
ad mitiora converso. Alea quippe
martis, arroganti barbaro cum non
succederet, pax cogitari tractarique
coepit. Saitano consentiente, missi
a Rege cum Constantino Duce Vis-
niovecio

Visniovecio, qui in castris Turcicis
de ea cum hoste agerent, Feciales; da-
tis utrinque et tandem conclusis pacis con-
ditionibus susceptum negotium perfe-
cere. Durum telum necessitas pacto-
rum etiam, in quo conventum fuerat, ar-
ticulos duriores extorsit; nimirum ut Ca-
menecum semel a Turcis occupatum, cum
Ucraina et Podolia, ad Trepam usque
fluvium gratissimis provinciis, iuris
Othomannici perpetuo esset: ut a disli-
mitationem confiniorum inter Turcas et
Rempubl: nostram, comissio designa-
retur et executioni quantocius man-
daretur, ut obsides nostri, qui in
pignus reliquiæ summæ pecuniariæ
Leopoli Turcis non exolutæ, Came-
neci hucusque tenebantur, liberi absque
litro dimitterentur: ut extraordina-
rius Legatus, a nostris Constantino-
polim ad Turcarum Imperatorem mit-
teretur; procuraretque ab eo pacta hæc
rata haberi ac confirmari. Ita rebus
compositis, autumno iam adulto, ab
armis utrinque discessum est, actæque Deo
Prepotenti gratiæ, ob Regem et exer-
citum, manifesto discrimini exem-
plum, quod sane in oculis fuerat hau-
sisetque

Zoravnenses pacis conditiones cum Turcis concludunt.

hausisetq voragine tristiores fati, ma-
num illam exiguam, ingenti Turcarū
potentiæ comparatam, nisi Coelitum
suffragia gemitu supplicantium.
ac præcipue Serenissimæ Mariæ Ca-
simiræ, pro Rege marito pie sanc-
teq et solicite implorata, præsto ad-
fuissent. Scythæq occultis muneri-
bus deliniti paulo remissius pro
partibus Turcarum in conflictibus
egissent; eo quoq hac ratione in-
ducti, ut deprædationibus quoq qua-
rum avidissimi sunt, obstinuerint.

Rebellum in Hungaria contra Cæsarem Leopoldum seditio mota

At in Hungaria nobis vicina fu-
ror rebellium, contra Cæsarem Leo-
poldum ab annis compluribus ex-
æstuans, flagrabat indies arden-
tius seditiosis ignibus, in immen-
sum auctis, et oīa late corripien-
tibus. Occasio intestini huiusce fu-
roris, insana hæresis, et impatiens
dominiū Austriaci Pannonica li-
bertas, quæ se opprimi putavit,
dum a Cæsare pro Catholicis ze-
lante, nimia hæreticorum licentia
comprimeretur. Pannonia quippe il-
la

illa, tot Sanctorū olim Regum foecun-
da Parens, cultuiq Deiparæ Virgi-
nis unice addicta, veræ Religionis
sincerissima cultrix locis et viris
Religiosis abundans, Romanæ se-
dis observantissima, atq tot bellis
pro Deo, et Ecclēa contra barbaros
gloriose perfuncta; cum refrige-
scente Zelo fidei et pietatis, varia
hæreses, ad intima viscera adi-
misset; effecta fuerat anabaptista-
rum, Arianorum, Calvinianorum,
Luterariorum et Apotastarum, à
fide turpe et infame receptacu-
lum, pravarumq de fide opinionum
sentina, ac sectarum colluvies.
Inde Catholicis appido infesta,
sentiendi quidvis de religione
avida, Romam et Cæsarem exosa,
laxatis conscientiæ habenis dis-
soluta et insolescens, catholicos
magistratu deponere, ab officiis
publicis arcere, in civitatibus et
oppidis, Clerum et ascetas persē-
qui; templis et beneficiis ut vo-
cant

vocant Ecclesiasticos proficere ausa;
ut antea Mathiæ Rudolphi, et Fer„
dinandi II. et III. Austriacorum Cæ„
sarum, ita et Leopoldi iustam in„
dignationem, atq pro Catholicis
Zelum provocavit. Ergò hic, dum
Catholicorũ protectionem suscipit;
templa iis per vim erepta, et iniq
ab hæreticis possessa vindicat, ma„
gistratibus eos, et officiis publi„
cis retulit ministrorum effrenam
quidvis agendi, dicendiq licen„
tiam compescit; immane hæreti„
corum odium, et extremæ obstina„
tionis rabiem promeruit. Hinc con„
venticula primum seditiosis con„
siliis adventa et frequentari cœp„
ta, mox coniurationes, et impia
foedera, occultæ tndm insidiæ,
et machinationes in vitam Cæsa„
ris. Deprehensi in iis, ex Primoribus,
ac manifeste convicti Nadasdi,
Zrinius, et Frangepanÿ, Nadasdi
quidem Viennæ extremo supplicio
affectus, Zrinius vero et Frangepa„
ni, Neostadii capite truncati, atro„
cissimi

atrocissimi, cogitati et iam parati scele„
ris, poenas meritas exolverunt. Sed
non cessavit vesana hæresis, quin imò
magis exinde vecors, et pervicax, tot li„
cet capitibus abscissis, lerna hæc tanto
truculentius exarsit, armis contra Cæ„
sarem sumptis, viribusq robusticis fuma„
tis, dum ad sceleratos eiusdem farinæ,
plurimi fugitivorum confluunt, et ex de„
speratis consiliis audentius indies con„
tra Cæsareanos feruntq: Non defuere quoq
non nulli ex Europæ Monarchis, qui ta„
citis conspirationibus, et re pecunia„
ria, partes hæreticorum et odio Cæsa„
ris iuvarent, flammæq huic seditio„
sæ oleum affunderent, posthabito Dei
timore, et veræ fidei zelo, dum modo po„
liticis suis rationibus, insanoq livori,
et insatiabili ambitione satisfieret.
Constitit res hæc multo sanguine et
lanigena hominum miserabili, cum do„
mi, forisq sufflaminata rebellio, im„
par quidem viribus Austriacis, sed
cæco furore in pericula ruens, atq ex
locis paludosis, latebrisq suis erum„
pens, cruentis cædibus sorberetur, sor„
beretq vicissim qntm poterat: atq ut ex„
trema oia tentaret, ex viciniis etiam
Provinciis conducto milite, res suas mor„
dicus

modicus contra Cæsarem tueretur. Qua-
re in Patria nostra pace cum ad Zo-
ravnum conclusa, non nullæ cohortes
stipendiariæ data messione, ampli-
us sub signis Polonis militare non possent,
milites ex iis quaquaversum disper-
si; transierunt potissimum in Hun-
gariam, ad castra rebellium, eorumque
militiæ adscripti, contra Cæsarem
militârunt. querulari ob hoc Cæsar,
missisque ad Regem literis et Nuntiis,
incusare eorum licentiam, bona a-
micitiæ et vicinitatis iura violata
exprobrare; Catholicos hæreticis in per-
fido scelere suffragari, ægerrime fer-
re; atque ut edicto publico poenisque pro-
positis revocarentur poscere, insta-
req. Quod quidem ut iustum et legi-
timum, Generalibus Regni Comitiis
Dactum est; legeque publica cautum, et
constitutum, ne milites nostri ex-
tra Patriam, præsertim contra Cæsa-
rem militarent; qui vero id fecerant,
ut quantocius sub poena capitis, et
confiscatione bonorum, castra si-
gnaque rebellium desererent, et in Pa-
triam

et in Patriam reverterentur. Verum com-
minatio hoc, et severa in eos animad-
versio, qui Martem hæreticum seque-
bantur, parum profuit. ob gustum et
illicium maiorum stipendiorum, et ob
dissolutam inter hæreticos vivendi, cre-
dendique rationem; quam perditi quique
et flagitiosi deperibant; volutarique inter
Servilia illa quidem capita, sed in scæ-
lus se proiecta volupè habebant: atque
dum in turpi proposito persistunt,
eò rempub: nostram adegerunt; ut hac
super re comissio Sendomiriæ celebris,
Anno sequenti decerneretur. Ad calcem
vero huius Anni, nimirum ultima die
Iobris, obiit in Universitate nostra,
insignis Mathematicarum disciplina-
rum Professor, Joannes Gastomiowski
Collega minor; cum eum paulo ante
nimirum 26. Junij Nicolaus Proscius,
Collega maior, Canonicus S. Annæ, ex san-
guine magni ævo nostro Mathemati-
ci Joannis Broscii, Canonici Craco: astro-
nomica quoque et geometrica scientia in-
structissimus, in maturo obitu proces-
sisset, gravi Matheseos iactura, quæ in
Universitate nostra in viris hac scien-
tia clarissimis semper floruit: atque apud
exteros

Clarissimorum Ma-
thesi Professorum
Nicolai Boriscii
et Joannis Gosto-
miowski Anno hoc
obitus.

exteros, summam exinde celeberrimi n̄nis retinuit auctoritatem; quam hucusq̄ eti= am non infeliciter continuant, qui ex eorum disciplina inclaruere.

Annus Christi 1677.

Comitia extra= ordinaria Var= savia coepta.

Comitiis extraordinariis Anno superi= ori decretis, quae urgens Reipub: ne= cessitas, prope extorserat tempus constitutum cum advenisset, Rex cum senatu et Equestri Ordine non mo= ratus, inchoari ea Coelestibus ritu solenni imploratis suffragiis Var= savia die 14. Januarii fecit. Consul=

Consilii publici in iis puncta et decreta.

tandi in iis potissima vis de Stypen= diis militum hactenus retensit, et quantocius exoluendis: de universo exercitu ordinando et diminuendo, atq̄ descripto hac clere ad Archivum de exponendo, de exactoribus publi= carum contributionum rigidius ex= cutiendis, et de rationibus eorum quam exactissime audiendis, de licen= tiosis excessibus, et iniuriis mili= tum puniendis et vindicandis de sa= tisfactione ex eorum aere stipendia=
rio

stipendiario iniuriatis providenda, et de aliis militarem disciplinam concer= nentibus. Quamobrem totius Reipub: con= sensu comissio Sendomiriae pro die pri= ma 7bris constituta est, delectiq̄ ex Se= natu Stanislaus Dąbski Episcopus Lu= ceoriensis, Andreas Potocki Kiioviensis, Vladislaus Rey Lublinensis Palatini, Hi= eronimus Sierciawski Mareschalcus Curiae Regni, aliiq̄ plures ex Castel= lanis et ex primoribus Equestris Or= dinis, qui cum Ducibus Exercituum The= saurario Regni et Notario exercituum campestri negotium hoc satis arduum, sed extreme necessarium, absq̄ ulla delatione, et absq̄ ullo respectu pro da= ta fide exequerentur.

Comissio Sen= domiriensis decernitur.

Et quoniam ad requisitionem Caesaris Leopoldi, in praeteritis Regiae corona= tionis Comitiis, ratione confiniorum, Silesiae et Ungariae comissio decreta, ob impedimenta quaedam tum interve= nientiae effectum suum sortire non po= terat; reasumpta est iterum in hisce co= mitiis datumq̄ negotium Christophoro Grzymultowski Castellano Posnaniensi, ex parte Silesiae, Andreae vero Stadnicki
Castellano

Ex parte confiniorum Silesiae et Ungariae comissari deputati.

Legati Constantinop: et in moschoviam designati.

Castellano Sanocensi ex parte Unga-
riæ, ut cum aliis, ex Equestri Ordine ad
id deputatis, rem et iniurias præten-
sas cognoscerent, quodq iuris est de-
finirent. In Palatinatus quoq Prussiæ,
Masoviæ, Podlachiæ, ob ortæ controver-
siæ ut sopirentur provisum, designa-
tus, iuxta pacta Zorauiensia pro
eorundem confirmaône, ad Turcarum
Imperatorem Legatus Extraordina-
rius, Palatinus Culmensis Gninscius,
vir prudens et eloquens, et tanto mu-
neri par: et ad magnum Moschoviæ
Ducem, qui legaône fungerentur
Dux in Klewan Czartoryiski Palatinus
Volhyniæ, cum Sapieha Palatino Polo-
censi ambo viri eximii delecti, et hac
legatione feliciter perfuncti sunt, mul-
tæ quoq sacræ fundationes appro-
batæ de reditibus publicis, et de ad-
missis ad Indigenatum Regni le-
ges latæ; reliqua constitutionis
puncta ad ordinaria Comitia dila-
ta sunt. Decesserat sub id tempus Mie-
choviæ nimirum 16a. January Alber-
tus de Pilca Koricinski, Archiepiscopus
Leopoliensis

Leopoliensis. Præpositus generalis Mie-
choviensis, gravi ægritudine consump-
tus, vir auctoritatis et gravitatis
præcipue, optimi consilii et iudicii
plenus, in cæteras Uttes Elemosina-
rum in pauperes munificentia cla-
rus: in Cathedrali Eccle: Cracovien-
si prout ipse testamento ordinave-
rat, ad aram miraculosæ iconis
Christi Crucifixi sepultus. Succe-
dere Illi in Archiepiscopatu Rex
cupide voluerat, Nicolaum Obor-
scium Suffraganeum Cracoviensem,
ob summam pietatem, animi inte-
gritatem, benignitatemq unice si-
bi dilectum, sed ille eam iterato
oblatam, hanc sibi a Rege Archi-
episcopalem dignitatem, humili
modestia, et invicta constantia
recusavit. Cumq eo à Rege nullate-
nus induci potuisset; Archiepisco-
patus ille Constantino Lioski De-
cano Gnesnensi cum Administratio-
ne abbatiæ Andreiowiensis cessit.
Rex finitis Comitiis, in Prussiam pro-
fectus, gravissimis causis id exigen-
tibus

Nicolaus Obor-
scius, suffraga-
neus Cracovien-
sis oblatum Archi-
episcopatum con-
stantissime recu-
sat—.

Rex Gedanum
venit—.

exigentibus Gedanum venit. Contumax
nimium licentia heretica, atrox odi-
um in Catholicos, et incolarum loci e-
ius, sub levi regimine Polono, toties re-
crudescens seditio, Gedanenses ad au-
sum impium, sacrilegum, et detestabi-
lem induxerat, occasione solennis Pro-
cessionis PP. Carmelitarum Discalceatorum,
apparatu insigni, extra urbem instituta.
Premebat plebs vesana, nec ferre po-
terat adeo ritu solenni id fieri, quod
extreme oderat, moxque velut oestro perci-
ta, invasit Catholicos, pio et religi-
oso ordine procedentes, confusisque
ordinibus, fugato et disiecto Clero; eo-
dem impetu templum eorundem PP. Car-
melitarum furibunde aggressa, con-
tempta rerum divinarum despectu sa-
crarum imaginum et altarium, va-
riis licentiosis debachationibus, tota
nocte insaniens, cum direptione sacrae
suppellectilis in aedes innocentes de-
saeviit. Dolor exinde Catholicorum maximus,
Rex graviter offensus, Ordines Regni ex-
acerbati, animadversio in facinorosos,
magistratui Gedanensi quantocius
demandata, plurimi ex seditiosis capi-
ti et in vincula coniecti, rigor iusti-
tiae palam zelare visus, sed occulto ut
in hereticis frigidus, et remissus, ma-
iores

Gedanensium facinus impium et sacrilegum.

maiores vindicias et iudicium commis-
soriale auctoritatis quam maxime exposce-
bat. Intercesserant quoque non ita pridem
inter Magistratum Gedanensem, Ordines
Civitatis illius, et promiscuam ple-
bem dissentionum praevalida quae-
dam irritamenta, nec facile com-
poni poterant, cum robustis utrinque
partibus diu et obstinate coaluis-
sent. Huc igitur Rex animum in-
tendens, ut in emporio illo, tot ex-
terarum gentium maritimis commer-
tiis celebri, res tranquillas consti-
tueret, dum iustam consiliis, et iu-
diciis adeo perplexis moram im-
pendit; Andreas Olszowski Archi-
episcopus Gnesnensis, et Primas
Regni, Gedanum quoque venit, cuius
adventu Rex exhilaratus commu-
nicare cum eo consilia statuit. Ve-
rum spem et mentem Regiam obi-
tus eius brevi subsecutus fefel-
lit, nam Archiepiscopus iam in itine-
re cum morbo conflictatus, postquam
ex eo post aliquot dies Gedani, adhi-
bitis

Inter Magistratum Gedanensem et plebem mota controversia.

Andreas Olszowski Archiepiscopus Gnesnensis Gedani moritur —

adhibitis medicis decubuisset, tndm 29.
augusti e vivis excessit obitu quidem
pientissimo, et Christianis oibus sa„
cramentis ad felicem agoniam præ„
munito; sed Ecclesiæ Regis, et Patriæ
alto gemitu, ac irriparabili damno;
ob amissum præsulem, et Principem,
summum et incomparabilem, propeq
integris seculis expectandum. Summa

Summæ animi eius dotes.

in eo virtute integritas, eruditio, pru„
dentia, eloquentia, oris et corporis
maiestas, animi magnitudo, calami
felicitas, et reliqua omnia decora,
vix aliis concessa fuere. Apud Ma„
thiam Lubinium Archiepiscopum Gne„
snensem primum inclaruerat, rogan„
te Joanne Casimirio Referendari„
us Regni, ob animum incorruptum
gallicisq artibus, et largitionibus
imperuium ægrè Procancellaria„
tum Regni, nisi post multas se„
natus et Equestris Ordinis inter„
pellaões assequi potuit. Regem
michaelem sincerissimis consiliis,
in illo rerum fatali turbine ad„
iuvit; nec eo calamitas publica
proh
dolor

dolor devenisset, si auditus fuisset.
Serenissimo Joanni III. apprime
carus et æstimatus in summo u„
num illud mx̄e dolendum reliquit; qd
Principem in Senatu locum, eo regnan„
te n̄ diu retinuerit.

In Universitatem Cracoviensem amor.

Universitatem vero nostram, cuius
felici institutione gloriabat; quan„
to amore fuerit prosecutus; testa„
tus est id magnâ, zelosâ, et con„
stante eius ubiq protectione; ac
potissimum 10. millium florenorū
fundaõne perpetua in bonis su„
is hæreditariis; ex cuius annuo cen„
su duobus Professoribus de gremio
Collegii maioris eligendis, salarium
constituit, ut iis alternatim atten„
dentibus, usus bibliothecæ Univer„
sitatis oibus accedentibus pate„
ret, et ut recentioribus auctori„
bus in lucem publicam prodeun„
tibus, ex eodem censu libraria sup„
pellex augeretur. Porro mortales
eius exuviæ iussu Regio exquisi„
to funebri apparatu, et magna
Cleri etiam dissidentium frequentia,
extra

extra Gedanum elata, hinc deinceps ad Archiepiscoporum Gnesnensium mausolea deducta sunt; peculium vero parsimonia vitæ quæsitum, quoniam ad ultimæ voluntatis tabulas ventum non fuerit, per comissionem ad id ordinatam in varios Ecclesiæ consanguineorum et pauperum usus distributum ām est, ipse in Successorem in Archiepiscopatu Gnesnensi accepit, Stephanum Wyzga Episcopum tunc Varmiensem, Cancellarium Regni, ob eminentissimas animi et eloquii dotes, tanti honoris celsitudine sanè dignissimum. Post decessum Olszovij Rex gravis iusto dolore mærens, Gedani diu longius subsistit; egitq solicite ut Civitatis illius rēs in turbido positas, paccatiores relinqueret; peste interim per Poloniam grassante, quæ dum sensim per populos serpit, sedem quoq Regni Cracoviam graviter affixit. Detulerat huc eam, permissu Divino, gregarius quidam miles, ex peditatu Germanico; qui circa Vitoviam, relictas in tuguriis campestribus

Stephanus Wyzga Episcopus Varmiensis in Archiepiscopatu ei succedit.

Pestis Cracoviæ

Occasio ejus

campestribus peste defunctorum vestes, et res varias aviditate militari cum rapuisset; Prosovicijs primum, mox Clepardiæ ad Cracoviam, exiguo pretio divenditis, quæ sine pretio acquisierat, lue pestifera ignaram plebem infecit; Indem et ultra Cracoviam, profectus, oppida et villas per quos transierat, simili modo inficiens, et ipse ad extremum eis oppidum Brzesko cum uxore, et liberis eadem horribili plaga interiit. Duravit hæc visitationis Divinæ plaga Cracoviæ a festo exaltationis S. Crucis, per aliquot menses; Serenissima Maria Casimira Regina fama et peste laborantium necessitati, sacris eleemosinis succurente; quod et Andreas Trzebicki, Episcopus Cracoviensis, piè et magnifice præstitit. Absumpti sunt hac lue pestifera plurimi, et longe plures forsitan occubuissent, nisi spectatissimi viri Gaudentii Zaherla Consulis Cracoviensis, cura diligens, et prudentissimum regimen accessisset; qui hac in re, et charitatis

Gaudentii Zaherle Consulis Cracoviensis tempus pestilentiæ præclara et egregia virtus.

charitatis Christianae, et eximiae dexteritatis, et vigilantiae, insigne specimen etiam Annis eo sequentibus dedit.

Bibliotheca Universitatis ordinata continuata.

E hac occasione Saevientis pestilentiae, studio Universitatis generali dimissio, Andreas Kucharski S. Th: Doctor, Canonicus Crac: in cuius manu sceptra Rectoralia tum fuerant, ordinando ulterius Bibliothecae Universitatis prout et A. D. 1662. cum Clarissimo olim viro Martino Radiminski Collega Majore fecerat, negotium suscepit summaque cura et diligentia prosecutus est, quod deinceps ab aliis, post cum professoribus, ac praeserlim ab eximio viro Raphaele Artenski S. Th: Professore felici, ter continuatum auctoribus per classes, et Scientiarum facultates dispositis, molesque illa vasta quidem sed informis et confusa ad eum ordinem redacta est, in quo nunc magno legentium fructu visenda cernitur. Contigerat vero Andreae Kucharscio A. D. 1662. bibliothecam hanc

Andreas Kucharski viri gravissimi et integerrimi, illibata conscientia miro eventu revelata.

hanc ordinate, res quaedam singularis, et consignari ad posteros digna, quae tanti viri, damni cuiusdam ad Universitatis thesaurum spectantis, falso in simulati animi integritatem revelavit. Cum etiam opifices ad repositoria librorum reparanda vel de novo construenda adhibiti magni olim viri Iacobi Vitelkii S. Th. Doctoris, Canonici Cracoviensis repositorium, cum libris ab eo Universitati donatis loco movere, prout necessitas exigebat nitterentur; vix eo a pariete murato, cui clavis trabalibus firmiter in fixum adhaeserat, aliquantulum loco moto, vasa illico argentea in terram decidentia, inexpectato sonitu edito territos, et in admirationem raptos, cum viri probi essent, rem hanc ad Andream Kucharscium Rectorem et Bibliothecarium, qui tum forte recesserat, deferre coegerunt. Advolat ille ut audut festinus, nihilque tale cogitans; cumque repositorium

repositorum illud remotius moveri
voluisset, deciderunt, et alia vasa iti-
dem argentea, atque in oculis omnium
apperuerunt, quae mox cognita quod
ea iis esent, quod in thesauro Uni-
versitatis asservabant, circa spem
omnem inventa, actis Deo immor-
tali gratiis collegit; aliisque Professo-
ribus exhibita ad reditum totius U-
niversitatis, ut in thesauro depone-
rent, penes se retinuit. Quomodo
autem id evenerit, cum ignoraret, a-
nimoque haereret, ex literis Rndm.
Stanislai Temberski Canonici Pre-
misliensis Collegae quondam majo-
ris, rem prout fuerat intellexit.
Nimirum Anno D. 1655. Suecis cum
Carolo Gustavo Cracoviae imminen-
tibus, cum exercitu disperso, Joan-
neque Casimiro Rege cum Regina
Ludovica in Silesiam profugien-
te, rebus iam desperatis omnes in vi-
cinas oras dilaberent; visum quoque
Universitati fuerat, ut peculium
eius ac praecipue quod ad procu-
randam apotheosim B. Joannis
Cantii pertinebat, in securiora loca
devcheretur

devcheretur. Id vero Clarissimo viro
Adamo Mlynkiewicz et aliis Profes-
soribus cum fuisset comissum, iis
festinatum iter apparantibus
Stanislaus Temberski protunc Ca-
nonicus S. Annae, ad idem nego-
tium designatus, nemine sciente
S. argentea vasa inaurata peri-
culis viarum diffidens, in omnem
casum, in bibliotheca Universi-
tatis occultavit. Recuperata vero
a Suecis Cracovia, peculioque illo
Vienna ubi depositum fuerat,
in Patriam feliciter revecto; cum
ex revisione patuisset S. vasa ar-
gentea deesse, Stanislao Jurkowio,
et Andreae Kucharcio, tantis viris,
qui minus addicti fuerant im-
putare id ausi innocentiam eorum
diutius affligere, praesertim cum
Stanislaus Temberski ad Canoni-
catum Premisliensem profectus, ne-
mini id revelasset. Haec vero ar-
gentea vasa metalli et valoris
eximii, ex abaco mensae Regiae Se-
ressi

Serenissimi olim Vladislai IV. fue-
rant, quae post eius obitum Carolus
Ferdinandus Princeps Poloniae, fra-
ter ipsius, Universitati dederat,
ratione debiti apud eam a Vladi-
slao contracti; cum ad Suecos paci-
ficandos Ferdinandus III. Imperator
pecuniae indigens Ducatum Ratisbori-
ensem et Opoliensem apud eum Vladi-
slaum oppignorasset. Ita vasis hisce
inventis vir gravissimus et integer-
rimus Kucharscius; quae cum Claris-
simo olim viro Sebastiano Stryiewicz
a Carolo Principe recepta, non sine
discrimine vitae ob latronum insidi-
as Cracoviam detulerat illibatae
quidem conscientiae, gloriam retu-
lit; sed exemplo suo docuit, quam vi-
ros magnos, et innoxios malevo-
lentia facile petat; et quam Deo
protegente, revelanteque confundi, et
palinodiam canere cogatur. Sed
haec pro summo viro, alitophili
calami iustis vindicis interim sun-
to. At vero Cracovia pestilentiae
malo gravata, dum laborat: gravi

animadversione

co-

commissio Sandomiriae ex decreto Comi-
tiorum die 1a 7bris inchoata, serio et
exacte procedebat; gravi animadver-
sione in milites dissolutos, et exac-
tores negligentes vel peculatus re-
os; revocatione quoque sub poena pro-
scriptionis eorum, qui extra Patriam
ad rebelles Hungaros transierant,
partesque haereticorum contra Caesarem
armis impiis tuebantur. Saeviebant
quidem in eos Caesareani atrocissi-
me, multique ex iis capti, palo in-
fixi, miserabili spectaculo campos
impleverant, nec tamen cohiberi potu-
ere quin castra illa impia et scele-
rata, maiorum stipendiorum avi-
ditate obcaecati sequerentur: Porro apud
nos post pacta Zoravnensia arma non
nihil quieverant versis Turcarum odiis
et armis in Cosacos et Moschos; quo-
rum Dux belli Radamanovius, ingen-
tem quidem exercitum ostentaverat, sed
nihil commemorabile gessit; quinimo
Anno insequenti, Cehrinum Cosacicae
militiae nidum, et locum munitissi-
mum a magno Turcarum Wezyro sum-
ma vi in oculis suis expugnari per-
misit, nullisque eis suppetiis datis,

trans

trans Boristhenem, cum numerosis
copiis turpissime abiit. Ad calceum
huius Anni nimirum 8va Xbris ipso
die festo Virginis Deiparæ, absq ma=
Obitus Alexandri Comitis in Wisnicz Palat: Crac: —
cula originali conceptæ, obiit in
arce sua hereditaria Visnicensi, Ale=
xander Lubomirski, Palatinus Cra=
coviensis, magnus et de Republica
bene meritus Senator relicto unico
filio Josepho, post diuturnam ste=
rilitatem, magnis a Deo preci=
bus impetrato; qui nunc supre=
mus stabuli Regni Præfectus per
egregia belli pacisq decora ad pur=
puram Senatoriam procedit, Uni=
versitatisq nostræ in re liberaria
institutionem, qua in longinquis
etiam per exteras nationes pere=
grinationibus feliciter dirigeba=
tur, gratissimo animo recognos=
cens, pro eius immunitatibus
et privilegiis magno animo u=
biq zelat. Funus Patris eius splen=
dido et magnifico apparatu elatum
ad basilicam PP. Carmelitarum Dis=
calceatorum

Discalceatorum Visnicensem, illustri=
um virorum et Cleri frequentiam, sa=
tis numerosam habuit; cineresq ip=
sius in monumento majorum vere
augusto conditi sunt; succedente
illi in Palatinatu Cracoviensi De=
metrio Koributh Duce in Wiszniowiec
et Zbaraz Palatino Belzensi, Supre=
mo Regni Exercituum Præfecto. Sed
nec Universitas nostra hunc An=
Mors Adami Mlynkiewicz Decani S. Annæ.
num absq funebri luctu exegit;
quo inprimis prosecuta est, Claris=
simum olim virum Adamum Mlyn=
kiewicz S. Th. Professorem, Decanum
S. Annæ virum integerrimum, man=
suetum, pacificum; qui ob singula=
rem animi probitatem, munus Pro=
curatoris Universitatis per Annos
complures sustinuit, et in eiusdem
administratione die 9na Januarij
extremum diem clausit. Secutus eum
deinceps fuerat die 5ta Martij ætate
quidem iunior, sed ægra semper va=
letudine infirmior Joannes Brozena
Juris Utriusq Doctor, Ecclesiæ Collegi=
atæ SS. Omnium custos Præpositus S. Ni=
colai, præstantissimis animi doti=
bus ornatus, in sacras ædes, et usus
Ecclesiæ

Ecclesiasticos liberalis, mentis gene-
rosæ, sed corporis invalidi; qui Ro-
mam profectus pietatis ergo, et ad
obtinendam Juris Utriusq. Doctora-
tus lauream, in itinere illo, in mor-
bum gravissimum cum incidisset,
ex eo postea nunquam plene con-
valuit; sed toto propositura sua
tpore lecto affixus, et diuturnis
morbi articularis cruciatibus ve-
xatus, tndm iis consumptus est. Non
dissimilem quoq. ei vir continuos
morbi recrudescentis dolores vita
duxit. Christophorus Ziemkiewicz
S. Th: Professor Præpositus S. Annæ,
vir eximius iudicio et eloquio in-
signis, Julliana præsertim facun-
dia melifluus, et in Rethorum præ-
ceptis, cum mxo iuventutis pro-
fectu tradendis, mire felix, ex
gravi et irrequieto cum morbis
conflictu, ad extremum die 14. Au-
gusti ad requiem beatissimam e-
vocatus.

Joannis Broscerus Præpositus S. Nicolai.

Christophorus Ziemkiewicz Præpositus S. Annæ.

Annus Cristi 1678.

Rebellium in Hungaria armis contra

contra Cæsarem non cessantibus, quin-
imo invalescentibus magis, cum illa
colluvies ex perditis sine Deo, sine
fide, sine conscientia hnibus fugi-
tivis, et mxe ex apostatis et hæreti-
cis collecta, sacra oia domi viola-
ret, pollueret, passimq. aliena in-
vaderet; etiam in vicinas regiones
effusa, Sanocensem in Submontanis
Poloniæ tractum, crebris irruptioni-
bus, horrendis latrociniis et deprræda-
tionibus afflixit. Coniunxerant se tur-
bæ huic sceleratæ, montani quoq. ag-
grestes, qui toti latrociniis vivunt, ni-
hilq. ab eis in oppidis, vilis, Curiisq.
nobilium tutum fuerat; cum igni fer-
roq. nocturnis præsertim aggressioni-
bus in oia sævirent, exquisitisq. tor-
mentis eos quos domi invenerant,
ad extorquendam nummorum et for-
tunarum revelationem excruciarent.
eousq. licentiæ et impietatis progres-
si; ut tmplis quoq. et Deo dicatis per-
sonis n parcerent; quod Romanoviæ
in oppido sane frequenti, et Hunga-
rorum quoq. mercatorum inhabitatione,
ob

Hungari rebelles terram Sanocensem latrociniis infestant.

ob vini emporium celebri, atrocis-
simo eventu contigerat. Inhiabant
illi pridem oppido illi, et templo po-
tissimum; in quo res et fortunas no-
bilium ob nullam in villis circum-
iacentibus securitatem, depositas
noverant, cumque illud aggredi sae-
pius tentassent, ab oppidanis stre-
nue pulsi et reiecti, tanto arden-
tius spe opimioris praedae et fu-
rore vindictae, accendebantur.
Fremebant vero praecipue, et iras
atroces coquebant intus, contra
Venceslaum Chrzanovium, Prae-
positum loci illius; virum prout
vitae integerrimum; et exemplarem,
curâque et vigilantiâ pastorali
insignem, atque decoris domus Dni
amantissimum; ita et in occurren-
tibus periculis animo praesentis-
simo, constanti et intrepida virtute
praeditum; qui conatibus eorum
sceleratis, magnus obex fuerat, cum

viris

viris nobilibus, et oppidanis, ad fortiter
eis resistendum, servandasque maiores ex-
cubias et consilio et impavida manu
adesset. Ergo non differendum rati, quod
impie cogitaverant, die quadam sub
vesperam, quadringenti prope in op-
pidum irrumpunt, vulneratisque ex Cle-
ro, et plebe non nullis, qui forte occur-
rerant; domum Praepositi illico petunt
et invadunt, existimantes se eum domi
offensuros, ut atrocibus tormentis
excruciatum crudelissime interficerent:
quod postea in quaestionibus, cum ad
supplicia ducerentur, confessi sunt;
quo non invento mox templum sum-
ma vi aggrediuntur, effractisque fori-
bus, etiam in sacro depositorio, vul-
go sacristiam vocant, res aeque sacras
ut et profanas diripiunt excutiunt
omnia, et profanant, damnoque ad 70. flor.
millia aestimato, per summum sce-
lus illato diffugiunt, praeter unum
qui gravi temulentia sopitus reman-
serat. Captusque deinceps ab oppida-
niis, totam rei seriem edisseruit,
praedonesque illos magna ex parte reve-
lavit. Servaverat tamen admirabilis

Templum Rimanoviense ab iis violatum et spoliatum.

Dei

Dei providentia, Propositum Eccle-
siæ illius fortuito pridie discessu
in negotiis quibusdam Ecclesiasti-
cis, ad Stanislaum Sarnovium, Epi-
scopum Premisliensem; cuius mensæ
cum accumberet, tædio cordis tanti
mali præsago affectus, retineri non
potuit; quin ad p̃pitiæ quamtocius
reverteretur; cum igitur in crastinu
Komanoviam rediisset, incredibile
dictu, quam ruinæ illi et extre-
mæ deprædaõni indoluerit; cum
ne calix quidem unicus, quo sa-
cris operaretur superẽct; gemitu
quoque et damno nobilium mxo; quo-
rum res pretiosiores peculia et
fortunæ penitus ablatæ fuerant. Sub-
miserat interim, ut inaudit Joan-
nes Casimirus Dux Czartoriscius
Succamerarius Cracoviensis, tur-
mas aliquot millium, qui desulto-
rii vocantur, ad prædones illos quæ-
rendos, et capiendos; quinimo et ip-
se Prepositus, ut erat vir cordatis-
simus, cum forti manu Hungariã
ingressus, coram prædonum illorum
Dominis hæreditariis, iustas quære-
las deposuit, vixque deinceps in redi-
tu ab eorum prævalidis insidiis ex-
tremum

extremum vitæ discrimen evasit, ve-
rum licet, ex iis latronibus pluri-
mi capti, extremoque supplicio affe-
cti fuerint, ex rebus tñ ablatis, iam
in varios usus distractis, sacrisque
vestibus, in mulierum ornamenta
conversis, nihil omnino restitu-
tum est. Tanto igitur, et tam luc-
tuoso eventu, Terræ Sanocensis
Nobilitas perculsa, securitatis
suæ diligentius providere, præ-
sidia et excubias in confiniis
augere, prædonumque illorum, ad
oĩa nefanda proiectorum, extre-
mæ licentiæ serio occurere coe-
pit: quinimo Anno sequenti, in
Comitiis Grodnensibus ferventer in-
stitit, ut sub montanis illis par-
tibus, Hungariæ vicinius adia-
centibus, ratione securitatis pub-
licæ, etiam per constitutionem
Regni provideretur. At in Podolia,
et Russia citeriori; nulla a Turcis
et Scythis infestaõ, cum in Cosa-
cos, et Moschos impetus armorum
Orientalium deseviret; cumque Joan-
nes.

Joannes Gninski Palatinus Culmensis, ad Turcarum Imperatorem, prout Anno superiori diximus Extra Ordinarius Legatus, confirmationem pactorum Zorawnensium Constantinopoli urgeret; armis interea utrinque suspensis, donec transactio illa, cui multa obstacula apud Portam Othomanicam obiciebantur, plene tandem concluderetur. Marte proinde silente, festis nuptialibus, et laetori hymeneo tempus impensum, idque Leopoli, ad quam urbem Rex et Regina, cum toto aulico comitatu descenderat, ob designatum in ea solennem actum nuptialem; in quo Joanni Wielopolski Procancellario Regni, Mariana Marchionissa de Arquian, Serenissimae Reginae soror, splendidissimo apparatu, atque in magna Senatorum, et Procerum Regni frequentia, connubiali vinculo iuncta est, qui actus in diem 19. Junij inciderat. Cracoviae interim pestis mense Julio, iterum recrudescens

Joanni Wielopolski Procancellario Regni et Mariam Marchionissae de Arquian Leopoli nuptiae 19. Junij.

crudescens, miseram plebem exagitavit, civesque potiores et musas Academicas Urbe exigit; funesto illo silentio, et plaga visitationis Divinae per aliquot menses, usque ad Brumae frigidioris initia durante sed cum motus bellici non nihil cessassent, motus animorum interni, diffidentiaeque et alienationes non quievere, idque inter Maiestatem Regiam, et supremos utriusque nationis Exercituum Duces. Ac Michaelem quidem Pac, Palatinum Vilnensem, exercitus Lithuanici Supremum ducem, rodebat importuna illa ex castris Regiis, cum parte copiarum, discessio; cum ante inaugurationem suam Rex Vraclaviae subsistens, rem contra Cosacos et Scythas fortiter agens, ultra prosequi in animum induxerat: et quamvis id per clementiam et dissimulationem sopitum iam videretur, non poterat tamen exulceratio profunde admissa plene sanari, ad quamcunque occasionem exasperari facilis, semperque suspicax et se ipsum torquens; captansque minimos

rumu,

Diffidentiæ in Regem et supremos Exercituum Duces.

rumusculos signum manifestos alienationis, et diffidentiæ indices. Augebant quoque malum sponte repullulans, valida partium studia, amicorumque et clientum assentatoria flabella; nec cum Radzivillo Procancellario Lithuaniæ, et Exercituum Campi Ductore robustæ inimicitiæ; ex quibus, et majorem quotidie exacerbationem amaræ occasiones non defuere. Demetrius porro Dux Visnioviecius, Palatinus Cracoviensis, Supremus Exercituum Regni Dux præter alia, quæ eum angebant, etiam in suspitionem offensa gratia Regiæ venerat, ob frequentem et intimam, cum Michaele Pac, consiliorum et literarum communicationem. Pupugerat quoque eum, quod Rex diploma nuper liberæ virorum Consularium electionis, magistratui Cracoviensi concessisset, cum conseque Palatini Crac: pro arbitrio suo Consules eligerent, Urbique præficerent; non sine emolumento suo quod per ambientium studia, et largitiones

Nobilis cuiusdam Stronscius ausus stolide temerarius.

largitiones nimium excreverat. Hoc ergo conferri sibi, quod Palatini antecedanei gaudebant, ægre ferebat, et contemptui ducebant, quod postea in comitiis Grodnensibus palam erupit. Acciderat quoque hisce diebus, nobilis cujusdam Stronscii, hominis stolide zelosi et prope lymphatici, ausus risu quidem Sardonio dignus, sed augendis suspicionibus, et odiis inflammandis præsertim in Demetrium Ducem opportunus. Abierat hic Stroncius, propriane an alieno instinctu varie creditum, ad Imperatorem Leopoldum Viennam cui nomine Procerum quorundam criminari Regem, quasi Patriæ, et libertati Poloniæ infensum, absoluti imperii cupidum, iura et privilegia publica, violantem, et de aliis comentitiis meditamentis Reipub: nocivis suspectum; quæ, relisque illis depositis, Cæsaream contra hoc protectionem implorare. Cum vero linguæ Germanicæ ignarus esset, Civem quendam Cracoviensem idiomatis huiusmodi peritum

peritum sub alio protextu Viennam secum deduxerat, ut eo interprete colloqui cum Caesare uteretur, ut eo interprete colloqui cum Caesare uteretur. Ergo admissus in conspectum Caesaris, cum effutire vellet, per interpretem, quae insano animo conceperat; interpres ille rem miratus, et exhorrescens, aliqua illa tta Maiestate digna videbantur locutus, huius ausum impudentem, et emotae mentis conatum, caute et prudenter elusit. Hac Viennae spreta, et reiecta perfrictae frontis, et rei ementitae indignitas, fama hinc eius mox in Poloniam et Suum ad Regem pervenit, qui animo attonitus, civem illum interpretem Stronscij quantocius ad se Cracovia acciri iussit, ex eo totam rei seriem, cum intellexisset, innoxium hac in re videns, prudentiam eius laudavit; et eundem sub Regiam protectionem recepit. Verum Stronscius, conscientiae

laniena

laniena exagitatus, fabulae illius auctor, et odiorum incendiarius, iuste sibi metuens in asceterio quorundam religiosorum poenas ultrices effugiens delituit, rumore hinc passim vulgato, ceu id Demetrio Duce Visnioviecio conscio fecisset. Auctis hinc suspicionibus, et fomentis earum cum Generalia Grodnae Comitia imminerent; Rex comitatu maiori, et militaribus cohortibus, circumquaque dispositis stipatus Grodnam venit, quo etiam supremi exercituum Duces, cum Senatoribus, et Persarum nuntiis ad diem 15° X^bris magno nro convenere. Evicerant quippe in praeteritis extra Ordinariis Varsaviae Comitiis, magno motu et sententiarum conflictu Lithuani, ut quod hactenus intermissum fuerat, omnino resumeretur; nimirum ut post duo Generalia Comitia Varsaviae habita, tertia vice cum indicerent, Grodnae aut Vilnae in Lithuania haberentur. Ne autem incommoditatem loci, Grodnensesque angustias incusarent Poloni; curaverunt tempestive Lithuani Comitiorum tempus praeveniendo; ut Curiae nobilium, Domusque hospitiis aptae tantique concursus capaces, nova structura aedificarentur.

Comitia Generalia Grodnae in Lithuania die 15. X^bris inchoata.

quae

quæ tñ opere festinato sufficere ñ pote-
rant; audiebanturq passim querelæ, ob
hospitiorum in commoda, rerumq victu-
alium, caristiam, præsertim comitiis
longius productis; quibus moram tæ-
diosissimam adtulerant, discordes con-
sultantium animi et voces, ipsaq quæ
in consilio agitabantur, mordicus de-
fensa, etiam minoris momenti, Nun-
tiorum Provincialium postulata. Con-
stituta igitur die nimirum 15. X^bris
dato Comitiis, post invocatam more
solito opem Divinam initio, et post
propositionem consilii, publici fac-
tam, antequam ad vota et Senatorum
suffragia descenderet: primum de va-
cantibus officiis publicis ferventius
actum est: ac præsertim de Cancellari-
atu Regni, quem hactenus Stephanus
Wyzga Archiepiscopus Gnesnensis,
ob non expeditas Romæ Bulas, ut
vocant Pontificias retinuerat; cumq Jo-
anni Wielopolscio Procancellario Regni
collatus fuisset, itum est ad votorum
et consiliorum seriem prosequendam:
sicq ad exitum Anni huius deventum:
qui pestilentiæ flagello, Cracoviæ qui-
dem gravis; sed Universitatem nostram
luctu

luctu funereo non admodum gravavit;
cum in ea ex Professoribus Sallaria-
tis nemo hoc Anno decesserit; præter
Jacobum Suski, Collegii minoris se-
niorem Patrem ætate et probitate an-
tiqua venerabilem, die 15. Januarij
defunctum. Morbo quoq articulari,
quo per aliquot Annos vexatus fue-
rat, consumptus hoc Anno 23. Fe-
bruarij pie obiit Nicolaus Stowi-
kowski S. Th. et iuris utriusq Doctor,
Ecclesiæ B. M. V. in circulo Cracovi-
ensi Archypræsbiter, Can^cus Craco:
Præpositus Kielcensis, in Universi-
tate nostra laureis Philosophicis
ornatus, magni animi et iudicij
vir, sacrorum Canonum insigni
peritia clarus, et ob eam ab Uni-
verso Poloniæ et Lithuaniæ Clero,
in gravissimis cāāsis, statum spi-
ritualem concernentibus, ad Ale-
xandrum VII. Pontificem Mxum ar-
dua legãone perfunctus; maio-
ribusq pro Ecclesia Dei expedien-
dis negotiis apprime idoneus, nisi
vis illa morbi, sæpius invalescens,
magnis eius dotibus, rebusq gerendis obfuisset. —

Suski [illegible] +

Stowikowski +

An-

Annus Christi 1679.

In facie Comitiorum Grodnensium, cum multa nimium perplexa, ad deliberandum proposita Rempub: distruerent; auditus quoque est Imperatoris Leopoldi Legatus, praeter alia graviter questus; quod plurimi ex militibus Polonis, rebellium in Hungaria castris se coniungerent: cui responsum severissima animadversione et infami proscriptione talium, cautum et inhibitum esse, ne miles exauloratus, ad rebelles Hungaros transeat, vix tamen provideri posse, ut ii, qui aliud vivendi genus praeter militare ignorant, furtim extra Patriam ad aliena quaerenda stipendia non dilabantur.

Legati Caesaris Leopoldi ad Ordines Regni.

Exarserant in his Comitiis, Dimetrii Ducis Visnioveccii Palatini Crac. ira vehementior, erga civem illum Cracoviensem, quem supra diximus Stronscij interpretem fuisse, quem in hospitio suo, contra securitatem publicam

publicam violenter detentum, ad Requisitionem Marechalci Regni, cuius id muneris est, liberum tamen dimisit; cum per id maiestatem Regiam offendi, sub cuius tuitione Grodnam ille venerat intellexisset. Idem Dux Visnioveccius recesserat hic a sua, contra Magistratum Crac. indignatione, et diploma liberae consulum electionis a Rege impetratum, quinimo permisit etiam, ut per constitutionem Comitiorum firmaretur: contra quod tamen postea Successor eius in Palatinatu Cracoviensi, Felicianus Potocki vehementius insurrexit, vixque placari potuit, ut tantisper quiesceret, donec Comitia finirentur: sed eam rem se in aliis Comitiis profecturum, solenniter protestatus est. Controversa interim negotia et varia Palatinatuum importuna, et opportuna postulata expendebant: multaque Regi dissimulanda venerant,

facto,

facto dictoq́ absq́ maiestatis reveren-
tia, per libertatis abusum comissa; pro-
ut et nobilis quidam, cuius Nru Parco
accusatus, quod imaginem Regiam in
hospitio quodam, evaginato gladio, per
contemptum concisam, lacerasset, cum
cum ordines Regni, ad poenas ex eo

Clementiæ Regis specimen singulare.

sumendas postularent; singularem Re-
gis optimi clementiam agnovit, et
reatus veniâ, et poenarum dimissio-
ne impetrata. Inter hæc Palatinus

Palatinus Culmensis Gninscius post biennium Constantinopoli legãone functus in Patriam redit.

Culmensis Gninscius ad Turcarum
Imperatorem Legatus, post biennium
Constantinopoli reversus, superve-
nit; atq́ in facie Comitiorum Legãonis
munus cum laude peractum, qm̃tumq́
cum Wezyro Turcarum, et aliis mini-
stris status molestiarum exhause-
rit; quam ægre factorum Zorawnen-
sium confirmaõnem obtinuerit, ex-
posuit, cui graæ actæ et Rebub:
gratulata est: quod post felicem dif-
ficilimi negotij expeditionem ad
sinum Patriæ incolumis redierit. Re-
licto Constantinopoli, ad reliqua
puncta continuanda Samuele Pro-
ski Equite Melitensi, viro summæ pru-
dentiæ et dexteritatis; cui per con-
stitutionem ad id sancitam, sump-

tus

sumptus necessarios Constantinopolim
submittendos, Ordines Regni decreve-
re. Cum vero tempus Comitiorum longi-
us effluxisset; cumq́ et Senatores, et
Terrarum Nuntii, angustiis illis Grod-
nensibus, et expensis tanto consilij
publici spatio, profusis gravaren-
tur; fine exoptato Comitiis imposi-
to constitutiones in iis concordi-
bus suffragiis decretas, publica-
ri fecerunt, in quibus, quæ contine-
bantur, præcipua hæc fuere.

Comitiorum Grodnens: sancita præcipua.

Constitutum est imprimis, ut quo-
niam in ordinandis, et publican-
dis constitutionibus, multa citra et
contra mentem Reipub: sæpius e-
venirent, Marchalcus deinceps
Equestris Ordinis, et oẽs cum eo
ad ordinandas et publicandas con-
stitutiones deputati, de bona fi-
de in iis servanda sub fõa præ-
scripta iuramentum præstarent.
ut Serenissimæ Reginæ Mariæ
Casimiræ, dotalitii summa bonis
Reipubl: adhærens, et munus nup-
tiale duorum millium aureorum
ex Salis fodiniis Vellicensibus quot-

annis

quotannis proveniens, omnimodam securitatem hbret; ut duorum millionum moneta currentis pecunia, quæ penes Michaelem Ducem in Klewan Czartoriski Palatinum Wolhyniæ et Casimirum Joannem Sapieha Palatinum Polocensem, ex legaone Moschovitica reducta fuerat, à Moschis ratione avulsorum circa finitimos limites Reipub: bonorum numerata, sic distribueretur; ut duæ illius partes exercitui Polono, tertia pars Lithuano iuxta assignationes militares cederet. ut commissiones rnæ confiniorum Silesiæ, Ungariæ, et Marhionatus Brandeburgensis, executioni mandarentur; ut in Gedanensium impium, et sacrilegum facinus, circa PP. Carmelitarum Calceatorum sceleratam depredationem, severa animadversio per comissarios fieret, pœnæ quoq tanto crimini pares extenderentur. Statutum quoq de valore moneta, et de stypendiis,

et hybernis

hybernis militum, de noviter admissis ad indigenatum Regni de transfugis, ad rebelles Hungaros; plurimaq alia personis Ecclesiasticis, Senatoris, militaribus, templis, Civitatibus oppidis, villis, vel recens concessa, vel in antiquis privilegiis confirmata, vel ex contributionibus publicis, ob calamitatem temporum remissa.

Sed cum aliis per ius publicum, privilegia, et immunitates confirmantur, in iura et privilegia Universitatis nostræ PP. Scocietatis Jesu, in collegio suo Posnaniensi mense Aprili, hoc anno graviter involarunt; Michaelem Gorski, Constantinum Grzicki, et Paulum Krzewinski, clericos in magistros artium et Phiæ Doctores, ritu solenni promovere ausi; quem actum insolentem, et præiudiciosum, eam applausu ex temporaneo typis edito, divulgarunt. Invitaverant illi ad hanc Scænam, sub alio protextu instructam, viros ex variis Religiosis familiis insignes, ex quibus Ordinis Prædicatorum magni animi Patres et Universitati nostræ addicti, postquam

rem

PP. Societatis Jesu in Collegio Posnanensi 3. magistros et Phiæ Doctores ausu insolenti, et præiudicioso creant.

rem insolitam, promissionemq illicitam
parare advertissent, ex actu illo discesse-
re: nihilominus Fr PP. Societatis, qd im-
pudenter aggressi fuerant, impudenti-
us prosecuti, fictiles illos magistros,
pictosq Doctores praesumptuose crearunt,
crepantes titulum clari Collegii Posna-
niensis, a Serenissimo Joanne III. in di-
plomate suo Regio concessi, ceu cum eo
ius eam promotionum Doctoralium
illico decepissent. In plausu quoq illo
typis vulgato io triumphe Palladis suae
ingeminarunt, quod intra centum annos
tres illos magistros abortivos pepe-
risset, iamq per id veteris Luci, trium
seculorum foecunditatem, sit assecuta;
cum tam diu eius fastuosi parturirent
montes, ut tres illi radiculi mures
nascerentur. Ergo ut primum ausus
hic Professoribus nostris, in Collegio
Lubransciano Posnaniensi, tum de
gentibus innotuit, audax illud ni-
mium, insolens, et praeiudiciosum
attentato promotionis factum, solen-
ni protestatione interposita proti-
nus impugnarunt. Max et PP. Societa-
tis reprotestati, reprotestationem suam
variis sarcasmis, et laesivis punctioni-
bus

Professores Ac-
adem: Posnani:
contra id solenni-
ter protestant:-

punctionibus infarcinarunt: asserentesq
id se fecisse, iure sibi debito, et a sum-
mis pontificibus concesso; ut in quo-
libet Collegio suo, conferendarum lau-
rearum Doctoralium potestatem habe-
ant allegantes id se olim Romae in
Collegio Germanico sine ulla ex ad-
verso impeditione, saepius fecisse.
Verum in Regno Poloniae, alia rerum
praxis, in quo sine consensu Reipub.
nihil eiusmodi attentari potest, pro-
ut et ipsi postqm id passim oibus
displicare, et cum multorum fre-
mitu implerati agnovissent, non
ausi sunt postea attentare.
Accessit hisce malis ab extra do-
lor universitatis nostrae ab in-
tra maxs imprimis ex obitu sum-
mi olim viri Andreae Kucharski
S. Th. Doctoris et Professoris, Canci
Cracoviensis, Procancellarii et Rec-
toris Universitatis nostrae, qui in-
timum amicum suum Stanislaum
Dęberski Canonicum Cracoviensem,
mense martio huius Anni defunctu,
brevi secutus die qua Maj curis morta-
libus

Obitus die 9na Maj
Andreae Kuchars-
ki S. Th. Doctoris
Canc: Crac: Procan-
cellario, et Recto-
ris Universitatis.

mortalibus exemptus est. Vir hic Philo-
sophus et Theologus præstantissimus,
Samuelem Kalinovium Palatinidam
Czerniechoviensem cum magno Patre Mar-
tino Kalinovio Exercituum Regni
Decora et merita eius. Campiductore, in bello Cosacico ad
Batow in victimam fidei, et Patriæ
a barbaris cæsum, literata a tene-
ris institutione, bono publico egre-
gie formaverat. Vindicavit dein-
de cum Stanislao Jurkovio Romæ
tum existente ius Præpositurae S. Flo-
riani; ut iuxta mentem Stephani
Regis non nisi ex prælatis et
Præpositura S. Floriani. Canonicis Ecclesiæ huius, Præposi-
tus per Universitatem eligi pos-
sit. Ius quoq censuræ Rectoralis,
et Doctoralium responsionum in
iudicio Rotæ Rnæ evicit, contra
Petri Gembicij Episcopi Cracovi-
ensis usurpationem decreto ob-
tento; ut concedendarum Respon-
sionum potestatem sola Universi-
tas absq Cancellarij sui requisitio-
ne habeat; Bibliotheca Universitatis
ordinanda

ordinandæ, fausta primordia dedit.
Andreæ Trzebicio Episcopo Cracoviensi,
Lucatelium quendam Italum, ad Profes-
sionem Theologicam intrudere volenti,
prudenter et fortiter restitit. Ingentes
conatus PP. Societatis Jesu, in erigenda
Universitate Leopoliensi, Romæ et in
Patria prudentissimis consiliis, et
invicta constantia fregit, ac supe-
ravit. Processum super vita et mira-
culis B. Joannis Canti, diu neglec-
tum, postliminio restituit, curis maxis
prosecutus est, et tandem Romam fe-
liciter expedivit. In Procancella-
riatu et Rectoratu Universitatis vitæ
periodum extremam pie et glorio-
se clausit, ad ædes S. Floriani
tumulatus, sed gestis, meritis, et
operibus clarissimis æternum victurus.
Luctuosam hanc scenam, et dolorem Uni-
versitatis continuavit et auxit, brevi
post eum ad immortalem vitam trans-
latus, Lucas Piotrowski Regius in Col-
legio maiori Professor, bonorum Uni-
versitatis, per Annos amplius quam
30. Administrator die 26a Junij defunc- *D. 26. Junij Lucas Piotrowski Regius Professor †*
tus, ætate seniculus, Vtte et eruditione
magnus,

et Bonorum Universitatis administrator pie nortuus.

magnus, typographiæ Universitatis mu„
nificus fundator, iurium, et privilegi„
orum Universitatis zelantissimus; pieta„
te singulari, probitate vitæ, et animi
moderaône venerabilis, monumento
sepulturæ ad ædes S. Annæ priscis Aca„
demiæ Patribus, quorum imago fuerat,
annumeratus. Sub id quoqz tmpus Reipb.

Obitus Maximiliani Fredro Palatini Podoliæ.

Polona, defluit Senatorem gravissimum,
Maximilianum Fredro, Palatinum Podo„
liæ, consilio, eloquio, calamo cele„
brem, ab exteris cæm viris literatis sum„
me æstimatum, politicis, et hystoricis,
monumentis clarum, magnisqz scrip„
toribus parem. Turcæ interim finitima„

Dissimulatio Podoliæ cum Turcis.

rum Podoliæ partium, dislimitaônem
urgebant prout in pactis Zorawnen„
sibus conventum fuerat, Sndmqz id eff„
cere; ut dolenda illa dislimitaô, per
comissarios ad id designatos conclude„
retur, et in conspectu utriusqz partis
exercituum, circa Strepam fluvium,
executioni mandaretur; armis proinde
quiescentibus, dum odia et dissidia
intestina Ucrainæ, Podoliæ, Camene„
ciqz damno enormi lurgimus; serôqz sapi„

Pestes Cracoviæ innovata.

mus; Phryges tot plagis castigati, ne
utiquam meliores. At sub hac armorum
quiete, non quievit manus Dni, cum
pestilentiæ

pestilentiæ flagello supra nos exten„
ta; quæ Cracoviam continuato, in ter„
tium annum, atqz in Autumnum pro„
ducto, contagii huius malo, dolore,
et terrore replevit, studiumqz generale
Universitatis tantisper intermitti co„
egit. Prævenerant tn maiorem huiu„
sce mali exacerbationem duo Clariss„
simi Viri, qui tunc respondendi pro
loco ir Sacræ Theologiæ Doctores, fa„

Sebastiani Striiewicz et Joannis Radzki pro loco ir. S. Th: Doctores Responsio.

cultas concessa fuerat, nimirum Se„
bastianus Striiewicz, custos S. Flori„
ani, et Joannes Radzki eiusdem Ec„
clesiæ Cancus; qrum prior die 12. 8bris
alter 13o eiusdem, actum hunc, prout
tpôris illius ratio permittebat, ritu
solenni expedivit. Squallorem hunc
calamitatis publicæ, conclusit tndm,

Obitus Andreæ Trzebicki Episcopi Cracovien: Ducis Severiæ.

ad exitum Anni istius, obitus Andreæ
Trzebicki Episcopi Cracov: Duci Se„
veriæ, Universitatis nostræ Cancel„
larij, qui 29a 10.bris ipso die SS. In„
nocentum Kielciis, pie et placide
in Dno obdormivit. Plurima in hoc
Antistite præcellentium animi do„
tum, eximiarum ~~virtutum~~, zeli, Eccle„
siastici, pastoralisqz vigilantiæ deco„
ra et exêpla, magnis Præsulibus imi„
tanda fuere. Emicuit in eo vitæ integri„
tas

integritas, et sanctimonia, vis consi-
lij, iudicij, et calami felix, eruditio
singularis, os veridicum, et in fe-
rendis sententiis liberum, infractus
pro Ecclesia, et pro eius privilegi-
is conservandis animus, munifi-
centia in pauperes, et in decorem
Domus Dni, cuius instinctum Ca-
thedralem Ecclesiam Cracoviensem,
antiqua eius turri, magnis sump-
tibus renovata adornavit. In Pro-
cancellariatu Regni, legatione Ra-
tisbonensi, ad Comitia Imperii
summa cum laude perfunctus,
Petro Gembicio in Episcopatu Craco-
viensi sucessit: in quo duobus et
viginti annis, vita innocens, cu-
ra pastorali pervigil, Cleri disci-
plinam in vigore retinuit, licen-
tiosis infestus, agendo dicendoque
pro iusticia zelosus, motibus a-
nimi paulo quidem calleretur,
sed recolligi facilis; pro defensi-
one Status Ecclesiastici, in Senatu,
et in facie Reipub: adeo invictus.
ut

Virtutes eius et merita.

ut Comitiis Grodnensibus, senio et infir-
ma valetudine gravatus, cum adesse
non potuisset, cumque in illis quidam ni-
mium politici, ut vocantur Statiste
contra immunitates Ecclesiasticas
gravius insurgerent, nemoque sese il-
lis tanto ut res poscebat zelo op-
poneret; Serenissimus Joannes III.
Statui Ecclesiastico compatiens,
in solio Regali ad circumstantes
dixerit; videte quam dolendum est, quod
in uno Andrea Trzebicio absente, ne-
mo sit qui se pari zelo, et animi ma-
gnitudine, hisce effrenatis vocibus
opponat. Post senatorias igitur et
Pastorales curas, postquam obitu fe-
lici quievisset; sepeliri voluit
ad aedes SS. Apostolorum Petri et
Pauli, PP. Societatis Jesu, quibus i-
bidem amplissimam aedificiorum par-
tem, a fundamentis grandi sump-
tu erexit, et 30. flor: millia testa-
mento legavit; Universitate quoque
nostra togato coetu funus eius
adornante; quamquam minus ei fu-
erat addictus, ob certas inutilium
contro-

controversiarum causas; quarum non-
nullas ad informaonem subsequen-
tium tmporum memorabo.
Origo imprimis animi, erga nos
minus propensi fuerat, literata
eius a teneris institutio; quam
totam iisdem Patribus debuit, apd
quos Cracoviae cum Scholas ma-
gno et praeiudicioso ausu Sigis-
mundi III. Regis gratiae confisi ap-
peruissent, lisq diuturna hac de
re Romae agitaretur; ille vero ad la-
tus Starcevii Canci Cracoviensis,
consanguinei sui, tum degeret, Phiae
studio vacavit, ex eoqm publicam
disputationem instituit; quam
cum Professores nostri, ut par erat,
solenni protestatione interturbassent,
animum exinde infen-
sum nobis induit; quem Romae
postea in studio Theologico exi-
stens, coram Jacobo Vitellio, ce-
leberrimo Professore nostro, ibi-
dem tum praesente dissimulare
non potuit, sed Vitellium hac in

Lites eius et controversiae cum Universitate.

re

re cordatum, paremq respondendo in-
venit. Ex hac radice amara, pullularunt
deinceps, amarissima odia, quae in Episco-
patu, ipsius contra nos evenere. Et qui-
dem in aditu primo muneris sui Epi-
scopalis Universitatem exacerbare no-
luit, saepius allegans id Petro Gembicio
antecessori suo, non bene successisse.
Sed cum lateret intus facilis irritari
malevolentia, data occasione tandem
palam erupit; cui quod dolendum est,
non nulli ex nostris fomitem dederant,
cum in mutua scissione, et collisione
partium, ad eum Sngm ad Cancella-
rium Universitatis in circumspecte
recurrentes, et affectus suos immo-
deratos prodiderunt, et animum au-
dendi quae cogitaverat, addiderunt
verbis illis, habes magne Praesul et
Princeps, triplicem in nos potestatem,
nimirum ut Episcopus, ut Senator,
ut Cancellarius, quod animo eius
quam profunde inhaeserit, subsequen-
tia docuere. Mox etiam ad non nulla
iuribus nostris praeiudiciosa at-
tentanda conversus, cum per potestatem
multa inducere vellet, quibus residen-
dum omnino fuerat; contra strenue
sese conatibus eius opponentes, Pri-
mores

Primores Universitatis graviter exarsit. Inde institutionem nostram, doctrinam, mores, conversationes, disciplinam, acerbius carpere coepit, ubiq postulatis, desideriis, et subiectis nostris contrarius; quamvis et Auditorem causarum, et medicum ordinarium, et notarium Curiae suae, multosq ex domesticis Prelatis, in Universitate nostra laureatos hbret, eorum opera, cum laude uteretur. Ergo in Ecclesiis Collegiatis ad Universitatem pertinentibus ut PP. Societatis Jesu, cathechistica doctrina populum instruerent, omnino evincere cupiens, cum id nostris fortiter resistentibus haud efficere potuisset, irritis conatibus suis, altum indoluit. Visitationem deinde Cathedralis Ecclesiae Cracov: aggressurus, quod solenni processioni, qua à toto Clero, ad eandem Cathedralem basilicam, Pontificaliter deductus fuerat, nostri Ecclearum Collegiatar. Prelati, et Canci, publicis tunc Praelectionibus impediti non adfuissent, vehementius exacerbatus, dyras contra eos, et fulmina iuridica movit; quae tn a nostris intrepide

---

intrepide et constanter excepta, mox sine effectu evanuere. Procancellario quoq Universitati denegato, magistrorum et Doctorum in Philosophia promotiones Annis compluribus detinuit, eoq Universitatem adegit; ut hac de re publicam in Comitiis Regni querimoniam deponeret, quae cum ad Procancellarium tndm designandum stimulavit. Serenissimus Joannes III adhuc supremum Exercituum Ducem agens; cum pro amore Universitatis apud Universum Exercitum auctoritate sua, id effecisset; ut villulae Universitatis ab onere hybernarum contributionum libera eent privilegiumq hoc, etiam in Solio Regali constitutus inviolatum conservari vellet; consentientibus Regni Ordinibus, unus et solus Andreas Trzebicius restitit. Cumq Universitas iuxta privilegium sibi concessum

concessum contribuere nollet; ex oĩbus
villis eius, militari stipatorum suorū
manu immissa, per vim pecora abe-
git, et nunquam restituit, eãmque
hanc ad iudicium Rotae Rgiae evoca-
ri fecit, quae Universitatem ab hac
contributione liberam esse libere pro-
nuntiavit: damnū vero hac abac-
tione peccorum Universitati illatū,
non nisi post obitum eius, tribus mil-
libus florenorum numeratis, execu-
tores testamenti refudere; cum in ex-
pensas litium cum eo, amplius quam
decem millia floren: Universitas im-
pendisset. Institutio quoque post obi-
tum Stanislai Ossedovii Juris utri-
usque Doctoris et Professoris, Canci Crac.
Perillustri viro Alberto Lancucki, Ju-
ris Utriusque Doctoris et Professori, ad
Canonicatum Cracoviensem, toto
prope decennio denegata ex Univer-
sitate ageret, gravis et iniuriosa
vexatio, ir gravamina Universitatis
connumerari debuit; quae Sn ut et
alia plurima parcens defuncto, ex
amore christiano Universitatis āō
ipsius condonavit: panegyri Sn
funebri

funebri, ex Universitate omnino ca-
ruit, licet eam executores testamen-
ti avide exoptaverunt; ut aliis quoque
documento fieret, quam grave sit
viros literatos innoxie persequi,
in quorum manibus et calamis
posita est, magnorum Principum
victura apud posteros memoria,
nunquam immortalitatis sepulch-
rali marmore et tumulo non ob-
ruta —.

Annus Christi 1680.

Martini Bem ex Ordine PP. Carmelitarum Doctoralis et S. Th. promotio.

Coronavit anni huius auspica-
tum caput et exordium lauru
sua Theologica. Admdm Rndus
olim et religiosissimus Pater
Martinus Bem PP. Carmelitarum
Conventus Cracoviensis in Arenis,
Studii Regens, vir sane egregi-
us, Patre Consulari Cracoviae na-
tus, praeclaris animi dotibus,
ingenii excellentia, et sacrae eru-
ditionis gloria insignis, qui die
2na mensis January ad gradum
in

in Theologia Doctoralem, in Univer-
sitate nostra promotus, actum hunc
magna celebritate, et omnium applau-
su feliciter absolvit. Quamquam
vero in Patria nostra, quievissent
non nihil cruenta Martis negotia,
at in Hungaria rebelles, prope
in rabiem versi, dum extrema
omnia contra Caesarem attentant,
Germanorumque potentiam duram et
exosam ferre non possunt, a qui-
bus tunc valido Marte preme-
bantur; confugiendi ad portam
Othomannicam et ad implorandas
Turcarum suppetias, funestum
et detestabilem consilium inie-
runt: quod quidem licet occulti-
us agitarentur, non poterat la-
tere eos; qui nunc Principum
Christianorum Constantinopoli
residebant, Monarchasque suos
tempestive imminentis pericu-
li admonebant; quod et residens
noster, missis ad Regem et Regni
Proceres

Rebelles Ungari ad Turcarum subsidia confugiunt.

Proceres literis, saepius denuntiabat, M.
D. Lithuaniae Procancellarius, et Exercitu-
um Campiductor ad reddendam Inno-
centio XI. Pontifici Mxo nunc Serenis-
simi Joannis, Regis Poloniae obedien-
tiam, ad Imperatorem quoque Leopoldum,
et Serenissimam Rempublic. Venetam
extraordinarius Legatus, in suum An-
no superiori magno sumptu, et animo
coeptum continuaret; in legationis
suae puncta, id praecipuum solicite
promovendum successit, ut contra im-
pendens, et non evitabile belli Turcici
malum Summi Pontificis, et aliorum
Principum, ad quos Legatus mittebatur,
foederata auxilia imploraret. Splendi-
dissimam certe Legationem illam post Ge-
orgii Ossolenii Cancellarij Regni ad Ur-
banum VIII. Pontificem Mxum, et post Chri-
stophori Opaleny Palatini Posnanien-
sis ad Ludovicum XIII. Galliae Regem,
pro desponsanda eidem Vladislao IV
Ludovica Principe Nivernensi, vereque
augustam, et exteris memorandam
fuisse, ingens apparatus eius, et ra-
ro visa magnificentia ostendit. Nam
Dux Radivillus, anno superiori 22. die
mensis Augusti, Viennam solenniter
ingressus

Michaelis Casimiri Duci Radivilli ad Innocentium XI. Pontificem Mxum et alios Principes Christianos splendidissima legatio.

Solennis eius Viennam ingressus.

ingressus; exceptusq ab Imperatore Leopoldo, frequenti et magnifico Principum, Comitum, Baronum Occursu dignam et Principe suo, et nrae Polonae Legationis maiestatem, in conspectu aulae, et Urbis illius exhibuit. Inde ad Serenissimam Remprub: Venetam itinere directo, Tridenti subsistere coactus fuerat, ob luem pestiferam;

Peste detinetr.

qua multi ex eius Aulico Comitatu infecti, consumptiq sunt; alii vix evasere, alii in Poloniam dimissi redierunt; Dux ipse mensis ob malum illud, quo detinebatr, sumptibus profusis, serio tandm Venetam Urbem adire permissus, exquisito tn splendore, ir festos ignes undiq collucentes, et lætissimos applausus, munus Legationis suæ, coram Serenissima illa Repub: Veneta executus est.

Venetiis munus Legaonis suæ exequitr:

Hæc dum læta et genti nostræ honorifica crebris in Poloniam Nuntiis deferuntur, Cracoviam formidanda supremi Numinis indignao, ob turrim Urbani pretorii fulmine ictam, graviter exterruit. Contigerat id permissu Divino, die 23. mensis Maj, indinante

Turris pretorii Cracov: fulmine icta conflagrat.

inclinante iam die circa horam 7am pomeridianam; quo tempore, ex nubecula satis exigua vis fulminea crumpens, supra pinnaculum turris in globum sphæricum, qui fastigiis turrium superimponi solet intro delapsa, loco nimis angusto, et eminenti, ac proinde remedium non admittente funestæ conflagrationis originem dedit. Aderat tum forte in Pretorio vir gravis, et prudens, Notarius urbis Misiecki; qui cum id advertisset, una cum Pretorianis Executoribus, et aliis operariis turrim illico conscendens, malo repentino, et a Deo horribili occurrere satagebat. Sed cum ob repagula ferrea, densasq fibulationes ligneas, quibus turrita illa moles intus compacta fuerat, laminis quoq et tegulis, iam ab igne colliquescentibus, atq cum vi flammea descendentibus, nullatenus in altum evadere

evadere possent; ōia tandm vehe-
mens ille flammarum impetus, e-
tiam cum tectis carceris publici
corripuit, qua occaōne in rem
suam opportunè usi, qui vincu-
lis et incarceratione civili tene-
bantur, oēs ad unum profugere.
Sæviissetq atrox illud incendium
longe amplius, et periculosius ven-
to præsertim invalescente, nisi
Divina misereaōne imber mox
effusus, fastigiis tectorum made-
factis, voracibusq flammis sen-
sim subsistentibus, extremo di-
scrimini remedium Cœlitus ad-
tulisset. Turris tn illa speciosis-
sima, sumptuoso et artificioso
opere affabrè facta, media sui
parte cum insigni horologio vo-
ragine flammarum absumpta
est, campana quoq pinnaculo tur-
ris appensa, metalli et artificij
exquisiti, quæ admodum sonoro pulsu
cives

cives ad consilia publica convocabat,
miseram illam conflagraōnem n̄ effugit
præter senaculum consulare, Urbis archi-
vum armorum depositoria et granaria,
quæ strenue defensa, illæsa reman-
sere. Et horologii quidem damnum
horologio ex turri Cathedralis Eccle-
siæ Cracoviensis, per Andream Trzebi-
cki renovato, Urbi donato, aliqua-
tenus compensatum est; sed turris ip-
sa prætorii licet ad eam reparan-
dam Stanislaus Warszycki Castel-
lanus Cracoviensis sumptus n̄ nul-
los suppeditaverit, ut pristino deco-
ri suo restitui possit, præsentium
temporum opus n̄ est, Urbe præsertim
continuis exactionibus, et calamitati-
bus publicis exhausta, Civibusq di-
minuta, sufficit interim, quod ab enor-
mi illo squallore vindicata utcunq
instaurari potuerit; donec publica
rerum facie lætius affulgente, et ip-
sa speciosior consurgat. Memoria ve-
ro huiusce fulminei ictus, et luctu-
osæ conflagraōnis scripto expressa glo-
bo turris, fastigio noviter imposito
inclusa ad posterorum notitiam
servata est.

est, prout et antea, cum post similem
ex fulmineo ictu conflagrationem tur-
ris hoc erigeretur, ab Antecessoribus
Urbis factum fuerat. Porro Dux Mi-
chael Radiuillus, Venetiis Romam
profectus, cum necdum plenè à pe-
stis suspicione immunis esset, ad
suburbanum Romæ palatium, tan-
tisper se recepit, donec ei suppli-
cione contagii illius, penitus sub-
lata ritu hospitis Romam primum
externo habitu ingrederetur. Quan-
quam iste ingressus, satis visendus,
memorando apparatu magnifi-
centiæ non caruit; occurentibus
Principi tanto, et comitantibus
cum celsissimis quibusque et summæ
dignitatis personis, usque ad pala-
tium; in quo Regalibus prope ex-
cubiis stipatus in ipsa urbis
facie constiterat. Mox designa-
to ad id tempore nimirum 4ta die
mensis Augusti, magnificentis-
simi eius ingressus, ut iam Le-
gati ritus, habitusque Poloni solennia
effulsere, descenderat ille pridie cum
aulico

Dux Radiwillus Romam primum, ut hospes exter-nu habitu ingreditur.

Aulico Legationis suæ comitatu, ul-
tra hortorum Romanorum pomeria,
ut longissimo illo viarum spatio,
tractus et ordo procedentium
tanto magnificentius appareret.
Ergo in crastinum omnibusque, quæ huc
spectabant, ad speciosissimam
publici decoris seriem composi-
tis, paratisque ut dies illa avidis
mentibus, et oculis expectata
illuxit; adornato splendore, da-
toque per tubicines signo, ad Urbem
Orbis Dominam, Legatus Orbi vi-
sendus eo ordine processit. Præ-
cedebant cum multi imprimis præ-
tiosis ornamentis cooperti, ditem
gazam, et suppellectilem Princi-
pe dignam deferentes; cameli
quoque plurimi similiter ornati,
onustique qui a Ductoribus Persico,
Arabico, Æthiopicoque ritu vestitis
ducebantur: mox peditatus Hunga-
rico, Turcicoque iam veterum more,
splendide instructus; equi Thraci
generosissimi complures ducti, pha-
lerarum

Secundò illius ritu habituque Polono Romam splendidissime ingressus.—

phalerarum auro, gemmisq fulgurantes; quorum ungulis, ut et alior. soleæ ex auro leviter affixæ, ac proinde facile excidentes, lucro et solatio spectantium cedebant. Post hos processere loricatæ, cataphractæq militiæ Polonæ splendidissimi, Romæq raro visi Equites, mox Rhedæ variorum Principum, et Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium, magno nro procedentes; agmina inde illustrium virorum, Aulicis Comitatus, et Heroum Poloniæ, quos inter Marchio Ginzaga Myskovius florentissimæ ætatis roseo vultu, habituq ornatissimo eminebat. Legatus ipse Gnin, scium Abbatem Coronoviensem, Secretarium Legaonis suæ subsecutus, nneq summi Pontificis a Cardali Vidono salutatus, et a Cardinali Cibo, humanissime exceptus, inter effusæ multitudinis densissimos occursus, maosq applausus; inter resonantia ex castro S. Angeli festiva tormenta, totus auro, vestibusq pretiosis et gemmis refulgens, ritu et habitu Polono gener, et Legatus vero Regius, Urbem ingressus est. Non dissimili quoq splendore

splendore, viderat eum Roma, ad palatium pontificis procedentem; ubi post redditam nne Serenissimi Regis, et Reipub: in conspectu Eminentissimi Purpuratorum PP. Senatus, culta et eleganti oratione, Innocentio XI. Pontifici Mxo et S. Sedi Apostolicæ obedientiam, acceptoq nne Pontificis responso, paterne et honorificentissime habitus est. Successere deinceps subsequentibus diebus, varia Eminentissimorum Cardinalium et Principum virorum, mutuo data redditaq salutaonum officia: cumq ad exequendum legaonis munus descensum fuisset; oia comissa sibi apud optimum Pontificem dextre prudenterq Legatus, sane gratissimus peregit, postulatisq suis benigne annuentem expertus; etiam B. Joannis Cantij Patriarchæ nostri, sacrum negotium eventu prosperimo, et efficaci promovit. obtinuit nimirum ut S. rituum congregationis sensum approbante Pontifice, D. Patriarchæ nostri, cultu immemorabili adinvento, processusq super vita et miraculis recepto, festum eius lingm Ecclesiæ Dei Confessoris

Confessoris, sub ritu duplici, per totum Regnum Poloniæ, et adnexas ei Provincias celebrari posset; solatio nostro mxo, et a tot annis, unice desiderato.

Cracoviæ pestis iterum coorta.

Verum immiscuit sacris hisce gaudiis, tristes ferox Lybitina Nenias; dum pestis Cracoviæ, rursus in quartum annum, aliquot locis innovata grassari coepit, causamq dedit, ut studium generale Universitatis ad festum SS. Oum dilatum tantisper cessaret. Advenerat interea lætissimus Roma nuntius, de obtenta per Ducem Radivilius, a Pontifice mxo in partem piissimi cultus B. Joannis Cantii, nova gratia. Quare Universitas nostra, Professoribus iam post sublatum pestilentiæ terrorem, ad Cathedras suas congregatis, solennem ob id gratiarum actionem, ad Aedes D. Annæ, inter festivos concentus, ignesq triumphales, ad aram, bustumq D. huius collucentes, summa celebritate instituit die 14a 9bris: quam disertissimo eloquio, Rndus olim Pater Kościołkowski Ordinis Prædicatorum celeberrimus

14a 9bris solennis gratiarum actio, ob novos D. Joanni Cantio Romæ impetratos honores.

celeberrimus Concionator, e suggestu ordinavit. Auxit hylaria nostra, laudatissima quoq Perillustris viri Samuelis Formankowicz Custodis tum Ecclesiæ Collegiatæ SS. Oium, Canonici postea Cracoviensis, pro loco ir iuris Utriusq Doctores et Professores obtinendo responsio; quam ille in mxa Perangusti Capituli Crac: Prælatorum et Canonicor: aliorumq illustrium virorum frequentia, die 12a Xbris gloriose peregit fastis Academicis merito inscribendam.

Perillustris Samuelis Formankowicz pro loco ir iuris utriusq Doctores responsio.

Successit mox illi 24a 10bris B. Joannis Cantii festum triumphale, quod a S. Sede Apostolica, in diem 19. 8bis translatum, cum hoc Anno, ob seram denuntiationem, et pestilentiæ terrorem celebrari non posset; in pervigilio Natalis Dni more antiquo, magna populi devotione, celebratum est, solennibus eius primitiis, in diem 19. 8bis Anno sequenti dilatis. Sed nec Leopolis, ocellus Russiæ, virorum litteratorum sedes amantissima, in hoc pietatis erga D. Tutelarem nostrum obsequio, palmam sibi præripi passa est, cui ut primum innotuit novos D. huic a S. Sede Apostolica decretos

Leopoli gratiarum actionis et festi B. Joannis Cantii solennis celebritas.

decretos esse honores; confestim ex per-
augusti Capituli, Nobilissimi magistra-
tus, et totius Civitatis consensu diem
22. 10bris elegit; in quam tunc Dominica
quarta adventus inciderat; ut solen-
nem gratiarum actionem hac die coep-
tam, per triduum ritu triumphali con-
tinuerat. Prima itaq die indicta, Clero
seculari et Regulari, ad Archicathe-
dralem Ecclesiam processiones, nume-
roso populi concursu, et magno devo-
tionis Zelo institutae sunt. Altaria sple-
dide adornata, novis adinventionibus
erecta, sacrorum ignium pegmata fre-
quentissime sacrificiorum oblationes
ritusq sacri maiori sumptu, et Au-
dio adaucti uisebantur. Turris quoq
pretorii tota lampadibus coruscans,
tr nocturnas tenebras, pharum Aegyp-
tiam est immitata. Detonabat quoq
saepius, repetitis explosionibus per Ur-
bis moenia et propugnacula, gran-
diores bellica machinae; itaq adha-
bita, quae Metropoleos illius Roxolani
Leonis, sincerissimum pietatis zelum
testarentur. Portentosus tandem horri-
bilis, et insolitae magnitudinis, Anni
huius terminum ferali apparitione
sua

sua funestavit Cometes; qui die 29a
10bris conspectus fuerat per Januarium,
usq ad initium februarij, ominosus
duravit; multa de eo mathematici
nostri, et externi doctissimis lucu-
brationibus, in lucem editis disser-
vere; ortuq ipsius, loco et motu a
Capricorno, per Aquarium, Pisces, A-
rietem, usq ad Taurum sub asterismi-
mis Aquilae, Cygni, Pegasi, Triangu-
li, Lyrae, Capitisq Medusae observa-
to; ob caudam vastissimam, versus
Orientem protensam, Othomannico
Imperio, eum fatalem apparuisse
decreverant; quod rerum deinceps
successus, annis subsequentibus
comprobavit.

Ingens et horribilis cometes die 29a 10bris apparet.

Annus Christi 1681.

Non sine luctu funebri, Annum
hunc exorsa est Universitas nostra,
orbata rectore suo, alberto Papenko-
vio S. Th. Doctore et Professore, Prepo-
sito S. Floriani; qui morbo lethali
correptus, phlegmaticis copia inun-
dante

Albertus Papenkovius S. Th. Doctor Praepositus S. Floriani Universitatis Rector moritur.

innundante oppressus, die 7a Januarij
anno aetatis suae 63. e vivis. Vir hic Pa-
tria Usliensis, magni olim Patrui Ja-
cobi Usliensis S. Th. Doctoris, et Profes-
soris Praepositi S. Floriani ex fratre
nepos, animo candidus, ingenio prae-
stans, in studiis Philosophicis et The-
ologicis apprime versatus, post Bia-
tensis Accademicae Coloniae Directo-
ratum, Demetrii et Constantini Kori-
buthorum Ducum in Wisniowiecz et
Zbaraż in studio Universitatis nostrae,
a teneris informator, oĩbus ob exi-
miam animi humanitatem accep-
tus; Romae quoq. cum ageret, Alexan-
dro VII. Pontifici Mxo gratus, per
oẽs meritorum gradus, ad sceptra
Rectoralia cum processisset, in eorum
administratione prout olim et pa-
truus suus, laudabilis vitae peri-
odum consumavit. Peculium eius,
quod nemini etiam ex amicissimis,
contra vitae exitum revelare voluit,
aegre tandem post mortem, sed non totum
forsitan

forsitan inventum, in sacra ornamen-
ta Ecclesiae S. Floriani, et novam fa-
bricam S. Annae cessit. vices Rectora-
les Alberto Dąbrowski S. Th. Doctore et
Professore, Decano S. Floriani, Ingm
Universitatis Patre seniore, ad elec-
tionem novi Rectoris, sustinente;
qui cum Praeposituram S. Floriani,
ex loco sese concernentem, non ac-
ceptasset, Sebastiano Skiewicz
S. Th. Doctori et Professori, Custodi S.
Floriani, per Universitatem col-
lata fuerat. Adfuere interim desi-
gnata Varsaviae Generalia Regni
Comitia; quae solenni ritu, die 19a
Januarij coepta, ob magnitudinem
et difficultatem negotiorum, de
quibus consultabatur, per aliquot
menses, sed absq. ullo effectu dura-
vere. Mxa in hisce Comitiis deli-
berandi materies, bellum Turcicum
fuerat, quo rebelles hungari ut Im-
peratorem Leopoldum, et totam Chri-
stianitatem implicarent, vesano
in praeceps furore acti, oẽm lapi-
dem obstinatissime movebant. Quia
vero latus vicinum Hungariae pete-
batur

Consultat. in ijs de bello contra Turcas.

potebatur; nobis quoq id exitiale futu-
rum nemo ambigebat, si forte Turca re-
bellum protectune suscepta, vires Im-
peratoris tot bellis attritas, et exhaus-
tas; immani armorum potẽa opprime-
ret. Variabant hac super re ordinum
Regni sententiæ; iusto metu, belli a-
deò formidandi; cuius recentissima
vulnera, adhuc in nobis hiabant,
palpitabantq vires tot paroxismis
convulsæ. Versabantur quoq in ocu-
lis tot paroxismis convulsæ. Versa-
bantur quoq in oculis tot ruinæ Pro-
vinciarum, et tanta populi per
assiduas contributiones eviseratio;
quæ respirium potius et levamen
aliquot, et non molem novam, in-
gentis ad tantum bellum appara-
tus exposcebat. Solicitabat tn Rus
Pontifex cum Cæsare, et Principibus
Imperij mentem Serenissimi Regis
nostri, et ordinum regni studia, pro-
ponebatq extremam unionis armo-
rum, et animorum necessitatem,
contra couẽnem tyrannum et hostem
õibus quidem Regnis Christianis,
sed præcipue vicinis inhiantem, in-
clinaveratq

inclinaveratq multis huiusmodi persua-
sionibus quorumdam ex Senatu, et Equestri
ordine voluntates ad cõunia arma, con-
tra Othomannum sumenda; quod tn in
hisce Comitiis decerni constituiq non
potuit, ob plurima alia, quæ interoc-
nerant obstacula, ac præsertim ob
gravissima in statum Ecclesiasticum,
et secularem dissidia; inq proh dolor!
Zelantes non nulli, pro immunita-
tibus Ecclesiasticis Antistites, ab Pseu-
dopoliticis, indigne habiti, et sar-
castice proscripti fuere; Comitiorum
proinde exitu infelici, quæ post diu-
turnas, animorum et sententiarum
collisione, misere soluta, tndm in
irritum cessere, dolente Rege, et in-
gemiscente Repub: quod extremi di-
scriminis sub ipso ictu positi, eli-
geremus, potius obstinato sẽsu
perire, quam melius sentientibus,
et Temporis necessitati acquiescere. Sub
id Comitiorum tmpus obiit in arce
sua Pilecensi Stanislaus Warszyc-
ki, Castellanus Cracoviensis, quinq
Poloniæ Regum Sigismundi III. Vladislai
IV
Joannis

Obitus Stanislai Warszycki Castel-lani Cracoviensis.

Joannis Casimiri, Michaelis, et Joannis
III. gravissimus Senator, Universitatis
nostrae amantissimus, et ubiq̄ pro ca
zelator invictus, Annorum et merito-
rum plenus, curis mortalibus die 26a
Januarij exemptus; relicto unico filio
Casimiro, Praefecto Oÿcoviensi; amplis-
simorum quidem bonorum, sed non
paterni animi haeredem; cui ad tan-
tam haereditatem et avitae domus glo-
riam conservandam; eximiae pruden-
tiae dexteritatis, et auctoritatis he-
roem, Michaelem Warszycki Ensiferum
Regni, generum suum, rerum oiūm,
et consiliorum arbitrum testamento
reliquit; exuviasq̄ mortalitatis suae
in Basilica Claramontana Thauma-
turgae Deiparae Virginis, cui devotus
impensi fuerat, tumulari mandavit.
Eadem die 26a Januarij, diem vitae
extremum clausit. Gedani Petrus de
Pilka Korycinski Praepositus Generalis
Miechoviensis, in legaōne ad Princi-
pes Christianos, subsidiorum contra
Turcas obtinendorum cāā, longissima-
rum viarum incommodis, et aegra sem per
valetudine

Petri Korycinski Praepositi Generalis Miechoviensis, ex Hispanica legaōne reducis, Gedani mors.

valetudine consumptus. Genus illi ex a-
vito sanguine illustrissimum, Parens Ste-
phanus Korycinski, Cancellarius regni,
decora corporis habitudo, dotes animi
summae, eloquii suavitas, ab affabili-
tatis gratia, et ōia Legali extraordi-
narij mūre amplissimo digna. Missus
a Serenissimo Rege Joanne in Hispani-
am et Lusitaniam per remotissimas
illas Provincias, ūnis Poloni aestima-
tionem cum dignitate circumtulit, a
Monarchis illis honorifice habitus; in
reditu tandem, antequam in comple-
xum Patriae venisset, pulcherimum o-
pus mortis signaculo communivit.
Iturus haud dubiè ad amplissimos
in Ecclesia Dei, et Senatu Polono hono-
res; nisi illi vitam in Patriae obsequio
ponere, et muneri splendidissimo im-
mori, gloriosius fuisset, quod certe
et Michaeli Duci Radivillo in Italia
contigit, qui cum ut supra diximus
Legaōnis suae fama, Urbem et Orbem
implevisset, discessum in Patriam Ro-
mae adornans, in ptÿsim incidit, cui
Summus Pontifex intime compatiens,
ad eius curationem, Medicum quen-
dam praestantissimum, qui ob certas
causas, sub custodia Romae tenebatur
tantisper dimitti permisit, et ut malo
illi

illi tabifico ex artis suæ insigni peritia
efficacibus remediis subveniret, mandavit.
Verum physis radicata Medici peritiam,
et remedia vicit; quâ licet Dux Radivil-
lus angeret, reditum suum in Patriam
maturabat; sed lethali labe illa invale-
scente, Bononiæ subsistere coactus, in
ea Urbe, in eodem palatio, eodemque in
lectulo, quod observatum est; in quo A-
lexander dux Radivillus M. D. L. Mare-
schalcus Parens ipsius aliquando obie-
rat, Legationis munus, et vitam finiit.
Ergo mortis eius Nuncius, cum in Polo-
niam pervenisset, Universitas nostra
obtentæ per eum apud Pontificem Maximum
gratiæ memor, posthuma pietatis ob-
sequium ad ædes D. Annæ persolven-
dum illi decrevit, exoluitque id die 30.
January, convocatis per mandatum
vice Rectoris, Ordinibus Academicis,
iustaque parentalia hoc scripto etiam
publico adornavit, in quo Legationis
eius Romanæ seriem et magnificentiam
ad posterorum memoriam transmisit;
quod Serenissimæ Majestati Regiæ et
toti celsissimæ Domui Radivillanæ
gratissimum extitisse, qui cum lateri
Regio adhærebant retulere. Lugubres hoc

Michaelis Ducis Radivilli Bononiæ in Italia obitus.

Justa Parentalia ab Universitate ei instituta.

Nænias

Nænias, sursum Præpositura S. Floriani
ingeminavit, amissos intra aliquot men-
ses Præposito suo, Sebastyano Stryiewicz
S. Th: Doctore et Professore, die 9na men-
sis Augusti, ad meliorem vitam trans-
latum. Patria illi Premislia fuerat, cu-
ius memor duobus Alumnis Premislien-
sibus, in generali Studio Cracoviensi,
subsidium eleemosynæ censu annuo fun-
davit, et multa ad sacros usus, ultimæ
voluntatis tabulis ordinavit. Mathe-
maticis ipse disciplinis, græcarumque
literarum peritia, et sacræ eloquen-
tiæ gloria clarus, publicis Legationibus
ex Universitate ad Comitia Regni lau-
datissime perfunctus; animi pro im-
munitatibus nostris, semper gene-
rosi, Romæ quoque ubi Theologicam
Doctoralem lauream consecutus fu-
erat, viris eruditis probatus, tandem
post egregia merita, in pace qui-
evit; succedente sibi in Præpositura
S. Floriani Christophoro Stellanowicz
S. Th: Professore, viro probo, mansueto,
et erudito; qui in procurandis B. Jo-
annis Cantii sacris honoribus, Romæ
plurimum egerat, sed et hoc ipso obin-

firmam

infirmam valetudinem phtisim, et conti-
nuam hemorogiam, non diu superstite.

Non cessavit hoc etiam Anno, prout
et anteactis cum RR. Societatis Jesu Uni-
versitatis nostrae gravis controversia,
circa Jurisperitorum contubernium
aedibus illorum, ad Ecclesiam SS. Petri
et Pauli contiguum; cuius rei et in-
noxiae vexationis, quoniam per an-
nos complures duravit, et contra
oia bonae vicinitatis et aequitatis
iura, proteruenos impetiit, origi-
nem et seriem succinde edisseram. Con-
tubernium hoc a Joanne Dlugoss Ca-
nonico Cracoviensi, Archiepiscopo po-
stea Leopoliensi, ir Polonos Histo-
ricos facile Principe, nobili iuventuti
in iurisprudentia erudiendae, adhuc
in primordiis Universitatis erectum,
a Gavarscio deinde Canco Craco: ma-
iori proventu liberaliter actum, si-
tu et loco, quem ex antiquo posse-
derat, pacifice cousq fruebatur;
donec a Sigismundo III. Poloniae Re-
ge RR. Societatis, ad basilicam SS. Pe-
tri et Pauli, eiusdem sumptu vere
Regio, a fundamtis erectam, inducti

et

et collocati, proximi contubernio huic,
sed inquieti Ucalegones consedissent.
Torquebat eos statim ab initio hoc
vicinitas, anxiosq semper reddebat,
quod sensim coemptis in ea parte
Urbis non nulli aedibus aliis vero
spe devoratis, unicum hoc contu-
bernium impedimento esset, ne la-
tifundia sua dilaterent; eosq illum
tractum velut quandam insulam
ad aedificaciorum suorum amplitu-
dinem, et magnificentiam promoven-
tam occuparent. Sed non suppete-
bat modus, et consilium, quo id
aggrederentur; cum Universitatem
nostram hac in re difficilem, et om-
nino inuinrbilem, futuram haud e
vano coniectarent: parati quoq, quod
spargebatur, si Universitas in eam
permutationem consentiret, alias
quascunq amplissimas aedes, etiam
palatium Illustrissimorum Zamoscior.
quod nunc Wielopolsciorum est, ad
transferendum illud contubernium
acquirere.

Dis:

Dissimulabant interim, quod avide cu-
piebant, occasionis alicuius opportu-
nitati intenti, propitiamq in eo sibi
fortunam responsuram praestolantes,
quae illis iis, usq ad Andreae Trzebicij
Spóra non affulsit, quinimo nec in
Episcopatu eius, ex voto illis respon-
dit. Ferebatur quidem ab Andrea Trze-
bicio, ad Episcopatum Cracoviensem
evecto pro mxa qua in eos propen-
debat animi inclinatione duo il-
lis, omnino per eum evincenda
fuisset: quorum primum fuerat, ut
domus mansionarium Ecclesiae Ar-
chipresbyteralis B. M. V. in circu-
lo Cracoviensi, Domus eorum pro-
fessae ad S. Barbaram dilatationi
cedere, et alio transferri posset.
alterum ut Contubernij quoq Juris,
peritorum translatione potirentur.
Sed cum prius illud, mansionari-
is Nicolai Slowikowski, Archipre-
sbyteri sui, prudentissimo consi-
lio innixis, ductu etm pie defunc-
ti Gregorii Kachowski Domus eius-
dem

eiusdem senioris, viri prudentis, et
hac in re cordati invicta constantia
resistentibus; qmvis per subselia iu-
ridica vexatis, koriamq causa evoluta,
sed tndm a PP. Societatis Jesu derelicta
ei non successisset, alterum longe dif-
ficilius cum Universitate non at-
tentavit. Ut in illis gratificaretur,
et alio beneficio, illud quod assequi
non poterat, compensaret; amplissi-
ma eius aedificia, ex ea parte qua do-
mus eorum versus orientem moenibus
Urbis adiacet, magnis sumptibus eri-
gi fecit. Aedificia proinde illa cum
molliunt, et in sublime attolunt: ni-
mia murorum altitudine, oe prope lu-
men, contubernio eripiunt; ut hac
obumbratione, coangustione, et gra-
vissima incommoditate quasi tacite
nos ad loco cedendum adigire possunt,
cumq ab hoc praeiuditioso molimine
admoniti, mordicus non desistunt,
nobilis iuventus qo cotubernium in-
habitabat, iniuriam et praeiuditium
tantum non ferens; fabros murarios
ne molem illam altius prosequeren-
tur, iactu lapidum saepius infestavit,
tndmq vim vi repulit. Fabris igitur
ab

ab opere cessantibus, facto ad magistratum Cracoviensem recursu, cum id PP. illi non efficissent; ut fabri infestationem iuventutis timentes, ad opus continuandum redirent; ad Regem Serenissimum rem eam totam, sed intolerabili figmentorum, et querimoniorum auxesi, distentam, cum loci geometrica delineatione, procul a vero distante supplices deferunt, rescriptumque Principis iuxta falsam narrationem, et delineationem, ad magistratum Cracoviensem impetrant, quo ei severe iniungebatur ut fabros illos murarios, ad fabricam continuandam sub comminatione poenarum compelleret. Id vero magistratus Cracoviensis, cum Universitati nostrae denuntiasset; inito consilio censuere OO. gratam aliquam et insignem personam, ad Serenissimum Regem quantotius submittendam, ex qua verius et plenius informari novoque rescripto, prius illud sub reptitie obtentum, rescindere posset: rogatusque hac in re ab Ordinibus Academicis, emeritae virtutis, et auctoritatis

auctoritatis praecipuae vir Albertus olim Łańcucki, Iurisutriusque Doctor et Professor, Generalisque Studii nostri toties Rector, negotium hoc ex amore Universitatis licet fessa aetate et valetudine, non gravatim suscepit. Profectus ergo ad Regem Serenissimum, prope Jaroslaviam in villa Wisoćko dicta tum commorantem, prout curis gravioribus solutum, ita et impetranda grae felicem invenit; cui dudum acceptus, gratus etiam tunc Nuntius advenerat. Ex eo itaque laeta fronte, et humanissime excepto, veram et genuinam de hac re tota, informationem cum accepisset; visa quoque ex acta et sufficienti Geometrica delineatione; in qua Josephus Wisniowski, Collega maior, Matheseos peritissimus, omnia ad unguem expresserat; commentitiam illam PP. societatis informationem, et delineationem reprobans,

reprobans, propitium se Universitati et iusta ipsius causa exhibuit. Constitit etiam tum optimo Principi ex illa delineatione, de molendino, intra claustra Domus suae a Patribus extructo; in quo mola frumentaria, equis agitabatur, qua gravi et continua agitatione contiguum parietem contubernij a fundamentis labefactari, concutique manifestum fuerat, cum summa iniuria, et incommoditate studiorum Nobilis iuventutis, locum illum ex antiquo inhabitantis. Gravari proinde Universitatem, lumenque contubernio altitudine illa eripi. Rex serenissimus advertens, contrarium rescriptum, ad Magistratum Racoviensem, ex nova et veriori informatione extradi mandavit. Auctoritateque Regali inhibuit, ne fabri murarii, molem illam fabricae contubernio praeiuditiosam, altius prosequi auderent; discidentique Lanciciis, benevolentiam

suam

suam Regiam effuse testatus est. Perculit ea res partem adversam, et a prosequendo opere desistere fecit, cessatione externi moliminis, sed non interna quiete mentis, quae semper curas irrequietas hac de re agitans, tentavit postea paccationis quidem remedii modos, sed manifeste prodeuntes, quam id enixe cuperent, quod reliquisse tantisper videbantur. Non cessabat etiam magnatum Curias implere querimoniis, inducebant saepius Primores Senatus, ut frustra insimulari se alicuius praeiudicii per illam innocentem fabricam ostenderent. Solicitabant crebro, faventissimum nobis Praesulem, Joannem Matachowski; quatenus auctoritate sua interposita, rem hanc cum Universitate componeret.

Etiam

Etiam apud Serenissimum Regem, post
bellum Viennense ex Hungaria redu,
cem, id effecere; ut ad claustrum eo,
rum interius descendens, fabricam
illam Regali aspectu dignaretur,
et quam innoxie per nos in eo con,
tinuanda impedirentur; augusta
mente diiudicaret; oia tn hac nec
quidquam profecere, cum aperta
et sole clarior iniuria contubernii
reclamaret, oculosq et animos in,
tuentium convinceret. Ultimo tndm
ad complanaonem quandam, per
invitatos ad id Peraugusti Capituli
Crac: Prelatos conversi, cum excor,
datis hac re Professoribus nostris au,
divissent, Universitatem nulla com,
planatione indigere, nec fieri il,
lam ullo modo posse; nisi ab illa
gravaminosa fabrica penitus re,
cederent; visa constanti, et immu,
tabili voluntate nostra, a proposi,
to complanationis destitere. Tan,
to molis erat, et tantis motibus
agitatum; quod latet adhuc sub
cinere doloso, dormitq in hac cavea
leo, sed cor eius vigilat; semperq
Universitatem hac in re cautam
et centoculam ee dbre requirit.

Sed.

Sed ad pacatiora, et laetiora animus
properat, nimirum ad ingressum so,
lennem, et auspicatissimum magni
Presulis et Principis Joannis Ma,
lachowski, Episcopi Cracoviensis,
Ducis Severiae, Universitatis no,
strae Cancellarii vere faventissimi.

Joannis Malachowski Episcopi Cracovien. ad sedem suam Episcopalem, solennis ingressus.

Expectabatur is toto prope biennio,
omnium votis et desideriis; quia oum
expectaoni responsuri presulis,
qui post expeditas bullas Pontifici,
as ob negotiorum publicorum in
Procancellariatu Regni molem gra,
vissimam, hucusq dilatus fuerat;
ut tanto carior sponsae sponsus
gratiosissimus, quia Joannes;
quanto longius expectatus veni,
ret. Designaverat ille actui hu,
ic diem 27. 7bis festo solenni trans,
lationis D. Stanislai insignitam,
ut a sede Culmensi, ad corona,
tum Vavelli fastigium, sub eius
auspiciis Chatedram suam Epi,
scopalem feliciter transferret.
quae dies laetissima cum adveni,
ret, optimus Presul ad Palatium
Episcopale in Promnik divertens,

offi.

Officiosissimas in eo salutationes summa humanitate excepit, qua insequenti die, maiori nostro confluentibus, magnis et Illustrissimis hospitibus longe plures fuere. Apparatus interim solennis huiusce ingressus, iuxta ritum consuetum disponebatur; quo mox praecedente mxa summorum Ecclesiastici et Pontificii status virorum, ac Equestris Ordinis frequentia, desideratissimus Antistes deductus fuerat, cumque ad Ecclesiam S. Floriani pervenisset, ut in ea ab occurente sibi Universitate honorifice ei exciperetur, hic gravi et facundo eloquio, Rectoris Universitatis nostrae Simonis Makowski salutatus, satis eidem diserte et humaniter respondit; et quam tum Sponsis propensissimi animi benevolentiam testatus est, eandem Universitati conservat

conservat illibatam. Inde in urbem progressus in Archipresbyterali Ecclesia B. V. M. in Circulo Cracoviensi a Proconsulo Urbis Adamo Druzeński, nunc Magistratus Cracoviensis, officiosissima salutationis cultum eloquentem recepit. In hac Ecclesia tandem solenni Pontificali apparatu ornatus, sacra pedoque insignis toto clero, Universitate et Perangusto Capitulo Cracoviensi procunte, ad Cathedralem basilicam pedes processit, numerosissimo populo benedictionem impertiens, in festivos omnium applausus et panegyres donec in basilica Cathedrali, post adoratam supremi Numinis maiestatem, post redditos sacris Indigetibus honores, quibus rite peractis ad Palatium Episcopale cum amplissima magnorum hospitum corona descenderet.

Successit deinde laureati honoris in Universitate nostra laetissima occasio, ex solenni Simonis Makowski S. Th.

Sumi viri Simonis Makowski Rectoris Universitatis, in S. Th: Doctoralis promotio.

S. Th: licentiati et Rectoris Universita„
tis nostræ in Doctorem Theologum promo„
tione. Pridem id summus hic vir meru„
erat, ob amplissima decora gesta
et merita, qd tndm die 28a mensis 8bis
satis honorifice peractum est, idq in
Ecclesia Collegiata S. Annæ in qua no„
vo adhuc actum pegmate substructo
florentissimus illustrium Personarum,
ex Clero, Religiosis familiis, ex Aulu„
libus, et Civilbs: Urbanis, ex Academi„
co deniq senatu, consessus visebatur,
atq in eius conspectu, ab Alberto Dabrow„
ski, S. Th: Doctore et Professore, Decano
S. Floriani, vir hic eruditissimus, et
meritissimus, ætate sapientia, et recto„
rali auctoritate venerandus, laurea
Doctorali Theologica est coronatus.

Primitiæ solennes 19a 8bris festi B. Joannis Cantii —.

Coronarunt quoq in diem crastinam,
nimirum 19. 8br festi B. Joannis Primi„
tiæ solennes quæ anno præterito iux„
ta S. Sedis Apostolicæ decretum, hac
die celebrari non poterant, supplica„
tumq est in iis in magna devoti po„
puli frequentia, pro necessitatibus
publicis, ac præsertim pro impetrandis

Coelestibus

Coelestibus auxiliis, contra Turcas,
a quibus trienniali apparatu, formidan„
dum bellum toti Christianitati imprende„
bat quod annis subsequentibus Hunga„
riæ et Austriæ ingentium virium mo„
le incubuit.

Annus Christi 1682.

Tumultus Cracov: ob res expilatas Judæor: —.

Armorum vim ab oriente in pernitiem
Christianorum paratam, prævenit hoc
anno ad initium veris, ominosus Cra„
coviæ tumultus, Origo illi ex infi„
antibus rapinæ Judaicæ, vagis et
licentiosis [illegible] tenebrionibus, sub præ„
textu Studiosæ Juventutis, nefari„
um quidvis aggredi, et perpetrare
solitis; qui aliquot egentioribus
Scholaribus coniuncti, in Judæi
cuiusdam, rei nummariæ deposi„
torium medio Cracoviensi foro
situm, impetu facto, gravem iac„
turam pecuniæ, et rerum oppigno„
ratarum, subita illa irruptione, et
direptione fecerunt; antequam Magi„
stratus urbanus, cum Prætorianis
excubitoribus, rapacissimæ illi turbæ

occurere

occurere potuisset. Reiecta quidem fex illa tumultuantium per satellites civicos et castrenses fuerat, sed rebus iam non integris, cum potissima quoq et pretiosiora in manus depredantium venissent. Gravis exinde querimonia, non Judeorum tm̃ sed nobilium quoq virorum, quorum res oppignorate illo tumultu direpte fuerant, usq ad regale solium delata, ad inquirendos et iudicandos sontes, eorumq complices, comissionem Regio designatum extorsit. Prefuerant illi cum potestate inquisitionis in iudicii, tres summe auctoritatis Senatorie Persone, nimirum Joannes

Comissio Regia ex occãone huius tumultus.

Malachowski Episcopus Cracoviensis, Andreas Potocki Castellanus Cracov. et Joannes Wielopolski Cancellarius Regni, electo iudicii loco in pretorio Cracoviensi, agitata est causa magno forensi strepitu et profusis Judeorum sumptibus. Sed incomparabilis prudentia, et animi magnitudo, Rectoris Universitatis Simonis Makowski, singularisq dexte-

ritas

dexteritas Francisci Przewoski, Procuratoris Universitatis oĩa constanter et feliciter vicit; aliquot n̄ nisi Scholaribus ut circa munitionẽ Claro montanam Deipare Virginis operarent, ad tpus relegatis, et postea demissis; ut vero capti, in tumultu aliquot studiosi; capita invindicabilia eent, poenamq capitis subirent, quod Joannes Wielopolski Cancellarius Regni, impense voluerat, urbatq quod tamen Constitutionibus inservẽtur, strenue nostris obuiantibus et contradicentibus multis nunquam efficit. Porro ad tollendas frequentiores tumultuũ occasiones per Comissionis huicq decretum, iudeis inhibitum est, ne urbem certis temporibus mercimoniorum causa adirent; sed ut ante portam Castrensem, que versus Stradomiam et Casmiriam ducit merces suas venum exponerent. Cel-

laria

Cellaria itidem tanquam furum et latronum receptacula, ut omnino occluderentur, Comissarii decrevere: quod in recenti quidem utcunque observatum, neglecta postea solito intermissum, subterraneas illas cavernas tabernariorum non sustulit. Eruperat iam longe atrocior quam annis superioribus, belli turcici, apud Hungaros flamma, fomite illius et Duce rebellium, Emerico Tekielli, qui cum Turcis transegerat, et rebelles Hungari, in eorum clientelam recepti, armis Orientalibus iuvarentur; inciderat hic in ea tempora, cum post Nadasdium, Zrinium, Frangepanium, Tipenbachium, maiestatis reos, vitaeque Caesaris insidiatos, ac ob id extremo supplicio affectos, Hungari gravius exasperati secessionis suae caput, et antesignanum contra

contra Caesarem quaerebant. Et primo id quidem Petroci, mox et Paulus Veselini ausi, utrique molimini impares apparuere; at Emericus Tekielli omnibus aliis ferocior, et audentior obtulit se facinorosis, ceu phreneticis datus in manum gladius, cogitato sceleri idoneus: quodque flagrantissimo odio contra Austriacos susceperat, pari malitia et obstinatione retinuit. Genus illi apud Pannonas vetus, et illustre; Stephanus Tekielli Parens, et ipse quoque inter perduelles Caesaris Leopoldi numeratus, sed poenis ultricibus opportuna morte exemptus; possessiones amplae, et gaza dites; matrimonio etiam cum Vladislai Rakocii vidua relicta, in maius aucta, indoles vasta, et usque ad appetendum Regium Hungariae titulum ambitiosa, fides lubrica, mens turpi, calvinissimo infecta, ac ideo Catholicis infensissima, verum haereticis et apostatis, ac rebelli illi sentinae grata et accepta. Cum

Emericus Tekielli Duce de rebellibus offert.

Cum ēm sæpius querularent: Hungari, quod exclusis Patriotis, Regimen Hungariæ Germani haberent, istos politicæ administrationi præfici, rationibus ærarii admoveri arcium præfecturas ac militiæ munia credi, nativos Hungaros publice odio privatim contemptui in aula Cæsaris ēē cecidisse Nadasdan cum sociis, cruentam Labkovicio, Archiaulico victimam, tum intollerabile liberis, quod Patribus filias elocare, nec viduis cui velint nubere liceat, nisi permissu et destaōne aulæ: Hinc ditium familiarum Patrimonia in externos transcribi, ac sincerum germen confundi gentis illius, quæ olim pro gloria Ducis, et amplitudine Austriaci. Nnis nihil intentatum reliquerit. Restitueret Cæsar templa iuxta Passaviensis transactionis præscriptum tolleret gravamina Hungaros prementia

Querimonia Hungarorum de gravaminibus suis coram Cæsare Leopoldo.

18.

prementia; quodsi optimus princeps, dementis naturæ suæ, ac pactorum cum Regno initorum immemor existat, ipse nec avitæ fidei, nec pristinæ libertatis oblivisci posse. Verum in his ōibus cum nequaquam sibi satisfieri viderent: quinimo cum Cæsaris delegati, erepta Catholicis templa, a Calvinistis restitui omnino urgerent, proscriptione, et confiscatione, bonorum quantumvis accedente, nihil territi a suis quoque heresiarchis stimulati; Duci Tekiellio, toti adheserant. Hinc ille assumpto titulo Ducis Hungarorum pro Deo et Patria militantium, facem præferre sponte ardentibus incendere odia, molliri et tentare estrema, ac tandem ad portam Othomanicam, contra vim Cæsaris confugere, cuius protectionem 40. millibus nummorum aureorum, loco tributi, in singulos annos pendendis, Austriaque et germania traditione licitatus Mahometem IV. Turcarum Imperatorem,

Universam

Universam Christianitatem, spe de,
vorantem, profusis ĩr aulæ ipsius
Præfectos mãis opibus datisq do,
nariis, ad suppetias rebellibus
ferendas induxit. Miserat quidem
etm Cæsar Leopoldus Constanti,
nopolim Legatos, ad continuan,
das pacis inducias, et ad aver,
tenda rebellium molimina, ne in
clientelam Domus Othomanicæ
reciperentur; præsertim cum armi,
stitium Gallicum suspectum ha,
beret, nec potentissimis a fron,
te et a tergo hostibus sufficere
se posse arbitraretur. At Turcæ iam
præoccupati, nec occasionem am,
pliandi imperiĩ commodissimam,
dimittendam facile rati, spe in,
duciarum prorogandarum abrupta,
bellumq Cæsari indicentes, in pro,
posito armorum, pro rebellibus
summendorum perstitere. Cum
auxiliaribus igitur copiis, infu,
derunt

infuderunt se hoc Anno partibus Hun,
gariæ; validam manum machinis
bellicis, et õi castrensi apparatu
instructam trahentes, ad confligen,
dum cum Cæsareanis vel ad expu,
gnandas Urbes, arces, et munitio,
nes, quæ eorum præsidio tenebantur.
Quare Cassoviam primum aggressi,
civitatem natura, arte, et præsidia,
riis Austriacis, bene munitam,
arcto obsidio cinxere; viq tormen,
torum prævalida quassatam, q̃mvis
fortiter resistente, sed absq spe
subsidiĩ tanto poteẽ robur, susti,
nere se amplius posse desperan,
tem, eo tñdm deduxere; ut pac,
tis conditionibus per deditionem
in manus rebellium concederet.
Pressonium quoq eandem vim ex,
pertum, exemplumq Cassoviæ se,
cutum, pari conditione in eorun,
dem potestatem venit; triumphan,
tibus hæreticis, Catholicis gementibus

et

Turcæ cum Au,xiliaribus co,piis, in Hungariam veniunt.

Cassoviam cum rebellibus oppu,gnant et per de,ditionem recipi,unt.

Pressonium quoq iisdem deditum.

et exulare iussis: quorum misera-
bile spectaculum mense Augusto
Cracoviæ visum est. Cum bonis om-
nibus evoluti in Silesiam et Austri-
am, lamentabili agmine commi-
grarent, iusto metu nobis etiam
incusso; quibus idem potentissi-
mus hostis, a Cameneco et Podo-
lia domi plane imminens, etiam
a Carpatiis montibus, coronæ Re-
gni viciniora appropinquabat.
Crebri interim nuntii a Cæsare,
ad Regem nostrum Vienna com-
meabant, mutuam in tanto peri-
culo consiliorum communicatio-
nem literis deferentes, cum iam
liquido constaret, elatum hisce
successibus Turcam in spes in-
gentes, Anno sequenti haud du-
bie assurrecturum. Hoc et Romæ
Innocentius XI. Pontifex Maximus cum
Eminentissimorum Cardinalium pur-

purato

purpurato Coetu, summo studio age-
bat, Regem nostrum ad societatem armo-
rum cum Cæsare, contra communem ho-
stem ineundam flagratissime solicitans,
quod tamen ad generalia Regni comitia,
differri in annum sequentem debuit.
Inter has belli maximi curas, valedixit
curis mortalibus Demetrius Kori-
buth Dux in Wisniowiecz et Zbaraz
Palatinus Cracoviensis, Supremus
Exercituum Regni Dux, vir ab ineun-
te ætate summe bellicosus, vivente
adhuc magno patruo suo Hieremia
Duce Wisniowiecio, Palatino Russiæ,
totus Marti deditus; ac deinde per
omnem Cosacicam, Suecicam, Transilva-
nicam, Scythicam, Moschoviticam,
Turcicam hostilitatem, continuis
expeditionibus et meritis ad clavam
imperii bellici progressus; ad extre-
mum fracto valetudine morborumque
paroxysmis reincidentibus consump-
tus; cuius Ducales cineres in mau-
soleo maiorum suorum ad ædem Sanctissimæ
Trinitatis funere splendidissimo,

Obitus Demetrii Ducis Visniowiecz Palat: Craco: et Exercituum Regni Supremi Ducis.

die

die 20. mensis 8bris conditi fuere; Clava vero supremæ Exercituum Regni Præfecturæ Stanislao Jablonovio, Palatino Russiæ, Exercituum Regni Campiductori; magno itidem et meritissimo Heroi cessit; Campiductoris officio, Nicolai a Granow Sieniawski, Palatino Wolhyniæ, in comitiis generalibus delato. Eadem vis mortalitatis, clarissimi nnis lucernam in Universitate nostra extinxit mense 9bri nimirum Joannem Radzki S. Th: Doctorem et Professorem, Cancum Racoviensem, virum eximiæ virtutis, et eruditionis, priscis Academiæ Patribus, ob animi candorem et integritatem unice dilectum, oibus gratiosum. Multa ille operum eruditorum monumenta, versa pressaq oratione, typis evulgaverat, ir musas Academicas ingens,

Obitus Joannis Radzki S. Th: Doctoris et Professoris Cancui Crac:

ingens, et calamo eminens; prout et natu maior frater ipsius, vir cultissimus et humanissimus, Stanislaus Radzki custos Miechoviensis, ir sepulchri Hierosolimitani Cancos regulares summé ornaverat, nec non et eorum germanus phrater christophorus Radzki Prelatus in Ecclesia Dei insignis, qui ut amorem suum erga Universitatem testaretur, magnam partem peculii sui in subsidium contubernii Sisiniani, testamento addixit. Is vero de quo dicimus Cancus Crac: præter calicem aureum, et patenam auream adaugendæ D. Joannis Cantii sacræ suppellectili donatam, notabilem, quoq summam pecuniæ, templo D. Annæ a fundamentis erigendo, ultimæ voluntatis tabulis reliquit, ubi die 16a 9bris funebri deposito PP. suis est aggregatus; quem brevi quoq sociatus fuerat die 27a 9bris

Clia,

Hiacinthus Thomaszewicz Juris Utri=
usq[ue] Doctor, Ecclesiae Collegiatae S.S. Omn[ium]
Archidiaconus, Collegii DD. Jurecon=
sultorum aliquando Collega, vir
ob excelentem iuris peritiam, tum
in consistorio Crac[oviensi] a magnis Ju=
reConsultis honorifice aestimatus;
qui licet facta resignatione, lo=
cum ir sallariatos Professores
n[on] habuerit, accepti tamen Koniusen=
sis beneficii, ab universitate
memor; exiguos reditus Archi=
diaconatus S.S. Omn[ium] patrimonio
suo adauxit.

Annus Christi 1683.

Triumphalem hunc Annum, victri=
cibus ad Viennam Christianorum
palmis, totq[ue] aliis contra Turcam
laetis Successibus memorandum,
non licuit Universitati nostrae,
nisi cum gravi dolore exordiri,
magno rerum suarum Atlante,
curis S[um]m[is] ingentibus Succum=
bente, et ad fatalem mortis urnam
coscato.

Is

Is fuerat vir, nunquam satis cu[m]
dignitate dicendus Simon Makow=
ski, S. Th: Doctor et Professor, Cano=
nicus Cracov: Universitatis n[ost]rae
Procancellarius, magnitudine
et multitudine scriptorum in re=
bus Philosophicis, Theologiis, Sa=
crisq[ue] concionibus aeternum vic=
turus. Maturus ille ad Univer=
sitatem accesserat, iam sacris
ordinibus intuatus; sed mox post
obtentas Philosophicas laureas
disputationibus publicis, sa=
cri eloquii gr[ati]a et Profectura
seminarii Cracoviensis admi=
nistratione inclaruit, a magnis
viris in pretio habitus, ac prae=
cipue Simonis Starowolscii ce=
leberrimi ir Polonos scriptoris,
Canonici Cracov: familiaritate
et consuetudine usus, et a Ser=
augusto Capitulo Cracov: praecla=
ra virtutis et eruditionis suae
encomia

Obitus Simonis Makowski S. Th: Doctoris et Professoris, Canonici Cracov: et Procancellarii Universitatis.

encomia promeritus. Inde ad Collegium minus et maius honorifice vocatus, post cursum Vladislaviarum, ter gloriose expeditum, Professor S. Th: factus, inciderat in ea tpora; quibus Universitas nostra atrocibus dissensionum procellis intus, et foris cum Andrea Grzebicio Praesule Cracoviensi graviter agitata, cum acerbissimo studiorum suorum statu luctabatur. Jn hac summè ardua, et odiosa. Rectoralibus sceptris toties ad se delatis, parem animum et boni publici zelum, tanto regimini admovit; multaq adversa, ut privilegia Universitatis sarta, tectaq conservaret, insuperabili constantia vicit: nec unqm clm ir gravissimas Rectorales curas, et lites cum Episcopo ardentissimas a scribendis voluminibus destitit, eruditis operibus prelo vulgandis ad extremum usq senium intentus

intentus; quo gravatus, manum tndm de tabula tolens, ad beatissimam quietem abiit. Selectissimorum auctorum libris, bibliothecis Academicè, magno nro per testamentum donatis; cui tnqm viro summo, et desideratissimo ad Ades D. Anno die 12. mensis Januarii oes Academici, iustis funebriis parentarunt. Canonicatumq Cracoviensem, Alberto Dabrowski S. Th: Doctore et Professore Decano S. Floriani, iterum renuente, Jacobo Baltazarowicz S. Th: Professori detulerunt.

At in Repub: ingens rerum cardo, de armorum societate contra Turcas, cum Caesare et Venetis ineunda dum vertitur; comitia Regni Generalia ad diem 27. mensis Januarii Varsaviae destinata, consultationem hanc oium mxam inchoavere. Aderat apicius Palavicini, Archiepiscopus Ephesinus, Jnnocentii XI. Pontificis nxi,

27. Januarÿ Comitia Varsoviae inchoata.

Legatus Sum„
mi Pontificis
et Caesaris Le„
opoldi socie„
tatem armo„
rum urgent.

Mxmi Nuntius apostolicus; et Ca„
rolus Comes Valstenius Impera„
toris Leopoldi Legatus, qui id n̄ne
suorum Principum flagrantissime
urgebant; deputatiq fuerunt ex
Senatu et Equestri Ordine, qui hac
de re cum iis colloquio speciali
conferrent; foederisq ineundi cir„
cumstantias ōēs puncta et condi„
tiones serio indicarunt. Addu„
cebant ii pro parte sua, qui so„
cietatem armorum suadebant, n̄
posse hungariam, Austriam, Ger„
maniam periclitari, nisi cum
manifesto contermino sibi Polo„
niae periculo; cum helluo iste
Regnorum, et iuratus Christia„
norum hostis, nunc illos vici„
niores sibi populos ideo ag„
grediatur, ut exploret, qua par„
te sibi ~~populos ideo~~ opportuni„
or additus ad interiora Christi„
anitatis, vestibulorum ruptis obi„
cibus,

obicibus, patere possit. Hoc cum
videmus egisse cum Venetis, erep„
ta et subiugata Candia; hoc cum
moschis ad Borysthenis ostia la„
cessitis; hoc cum Polonis ulteriori
Russia, Cameneco et Podolia spo„
liatis; hoc cum Caesare quoq age„
re vellet, ut cui pridem inex„
plebili cupidine inhiat, orbis
totius imperio potiatq. Polonis
certe facilius erit, in alieno so„
lo, malum imminens, et inevi„
tabile avertere, meliusq conso„
ciatis armis, hostis istius po„
teām distrahere; quae si tota
soli sibi incuberet, praesertim
tot bellis debilitatae, et concus„
sae, exitiali mole, intollerabilis
eēt. Pacis cum eo securitas, et
induciarum fides nulla; quas il„
le pro ambitu et libitu suo sta„
tuit, et rescindit. Finitimos quoq
populos, armis si non infestat
id

id n̄ agit ut quietos ēē velit; sed
ut commodius opprimendos re-
servet; et quia belligerare cum
pluribus simul n̄ ē solitus, im-
mo nec per leges Machometanas
perpissus, contra plures n̄ pro-
valebit tantum; ut unitas Chri-
stianorum vires fortiores non
sentiat. Meruisse quoq apud ~~popr.~~
~~tot~~ Polonos augustam Domum
Austriacam, submissis contra
Svecos auxiliaribus copiis, ut
in tā et adeo formidanda utri-
usq gentis necessitate relatia-
tionem illi gratiae, armis socia-
libus praestet. Haec et plura bel-
lum foederatum suadentia fuere;
cui qui adversabantur, contra in-
ferebant, Poloniam contra conti-
nuis 34. annis ab initio belli
servilis, per tot deinceps atro-
cissimas hostilitates, laceratam,
exhaustam, propeq consumptam,
respirio penitus indigere: novo
eam

eam bello implicari, nec dbē nec pos-
se, ir tot avulsiones Provinciarum,
ir ttas rerum privatarum, publica-
rumq angustias, ir tot stipendia
militi non exoluta. Vladislaus IV.
Rex ille victoriosissimus, cogitave-
rat id alqdo; et tn̄ illi q̄mvis flo-
rentissimis tpribus, per Reipub:
interventionem haud fuerat conces-
sum. Implorasse nuper Polonos
cum gravi bello Othomanico pre-
merentur, opem Caesaris et Christi-
anorum Principum subsidia; nec
tn̄ quidqm, praeter verba commi-
serationis, rerum vacua retulis-
se; cum unicuiq quies domi po-
tior, quam aliena necessitas vi-
deretur. Subsidia quoq contra Ca-
rolum Gustavum Sueciae Regem,
a Caesare missa, quod attinet; con-
stat certe ex anteactis tempori-
bus, saepius id Polonos Austri-
acis, quam Austriacos Polonis
fecisse; et tum demum iustam
ēē relationem grād cum exhiberi;
sine

sine extremo discrimine pot. Hæc
Varsaviæ in Comitiis dum serio a-
gitantur, extrahuntq tempus, rei ma-
gnitudine consilia, et vota deli-
berantium remorante; Tekellius
in Ungaria spebus magnis in im-
mensum elatus, acer et insolens,
dum fidos Cæsari qui superfue-
rant, varie persequitur; præci-
puam furoris sui rabiem, in præ-
cellentis animi, et Dnis virum
Sylvestrum Joannelli S. R. I. libe-
rum Baronem, Cameræ Scepusi-
ensis Administratorem, consi-
liariumq Cæsareum, dyra mali-
gnitate et perfidia effudit. In-
signis hic et eximius vir Joan-
nelli, natione fuerat Italus, cla-
ris natalibus in Ducatu Me-
diolanensi ortus, Cardinali Ode-
schalco, postea Innocentio XI
Pontifici Mxo iunctus, ob animi
dotes præstantissimas, Cæsari Le-
opoldo acceptus;

acceptus; Serenissimo quoq Joanni
III. Poloniæ Regi, ob eadem eximiæ
mentis decora carus, singularem
eius prudentiam, dexteritatem, fi-
dem illibatam, multis sibi experi-
mentis cognitam, ornaverat Cæsar
præclaris honoribus; adhibebatq
functionibus publicis, ob viri inte-
gritatem et fidelitatis erga se in-
victam constantiam: ob quam Tekel-
lio, et aliis rebellibus summe invi-
sus, scelerate illius colluviei atrox
in se odium provocaverat. Ergo Te-
kellius opprimendo hni undiq in-
tentus cum iam apud Turcas exi-
tiale Cæsari bellum adornasset,
antequam Germanicæ copiæ è sta-
tivis hybernis prodire possent uten-
dum tempore ratus; alliquot milli-
bus rebellium, cum apparatu bel-
lico immissis, obsideri eum in ar-
ce sua Dunavecensi, et oppugna-
ri acriter mandavit, opus nefari-
um accelerans, ut subsidiis ferendis
opportunitatem

Hungari rebelles Silvestrum Joannelli virum illustrem et Cæsari fidum iussu Tekelli obsident et oppugnant in arce Dunavecensi.

opportunitatem, præventione illa e„
riperet. Arx hæc in prærupta rupe
quam Niedzieckam vocant sita, non
longe ab arce Czorstinensi ditionis
Polonæ, in confiniis Ungariæ distans,
positione loci satis munita; eam de„
fensioni opportuna fuerat, nisi illi
vis tanta hostium subito incubuisset,
aut si spes aliqua suppetiarum
affulsisset. Excepit tamen et sustinuit
fortiter cum modica manu suo„
rum, cordata Joannelli virtus,
aggressionem illam rebellium sa„
tis validam et ferocem, a die 3.
Aprilis usque ad diem 6tam Maj con„
tinuatam; qui ex adverso obsessi,
quamvis in arcto positi, paria red„
didere; nihil veriti tormentorum
assiduos ictus, ignitorum globo„
rum sulphurea missilia, ædificio„
rum ob violentam quassationem
cadentes ruinam, hostium irrequi„
etos insultus et ultimi excidii

Obsessi per 5. heb„domadas vim ho„stium fortiter sustinent.

horribiles

horribiles minas. Sed cum ab Exer„
citu Cæsareo toties implorata sub„
sidia, præsertim anni intempesti„
vo tempore nimium tarderent, eo„
rumque tandem spes omnis evanesceret;
hostibus ad deditionem obsessos
solicitantibus, speciosasque condi„
tiones offerentibus; consultius vi„
sum est furentium manibus hone„
sta deditione eripi; quam in aper„
tam perniciem sponte præcipitan„
ti. Verum quæ apud perfidos, Deo,
Cæsarique rebelles, promissæ fidei se„
curitas vel pactorum observantia.
dedita enim arce foedi fragi illi su„
bito in Joannelium, et eius comites
bonaque invecti, uxore cum aliis dome„
sticis, ægre ad fines Poloniæ elap„
sa, ipsum Tekellio tradendum, per sum„
mam perfidiam, captivum duxere;
Epersovia Cassoviaque prius velut in
triumpho ductum et ostentui tandem
ad rapacissimas Tekelli manus
detrusum. Lætus ille exosi hominis,
desideratissima præda, in vincula
coniectum, mutatis in Sergee, Re„

Dedita arce Joanneli a rebellibus capitur.

A Tekello in vinculla conicitur.

iec,

et

et Monkacz carceribus, arcte custo-
ditum, ad extremum Turcis proden-
dum decreverat; nisi magnorum
Principum, ferventissima pro eo,
ac potissimum Serenissimi Regis
Poloniæ augusta interventio id ef-
fecisset; ut cum 8. millium aure-
orum in specie, gravi litro multa-
tum, scelere suo et illo spolio satis
delectatus, post tot ærumnas di-
mitteret. Ita vir innoxius, ac ve-
ro heroici animi servatæ erga
Cæsarem intaminatæ fidei, æta-
te nostra, insigne præbuit docu-
mentum. Cæsar quoque virtutem
adeo invictam, et constantem
quantum æstimaverit; post fortu-
narum eius ruinam, et bonorum
quæ in Ungaria possederat, hor-
rendam depopulationem, nova
redituum occasione et in ipso Jo-
annelio et in posteris eius sa-
tis auguste ostendit. At Varsaviæ

post

*octo millium au-
reorum lytro per-
soluto ægre di-
mittitur.*

---

post rationum ex utraque parte, pro
foederatis armis cum Cæsare in-
gendis, et e contra diutius pro-
ductam concertationem; instante
summo Pontifice, urgente Cæsare,
rumoribus bellicis ab Oriente in-
crebrescentibus, res ipsa dum im-
mane periculum loquitur: Præva-
luerat tandem Deo sic volente, pro
sacro belli foedere decernendo
sententia, omnium Regni ordinum
suffragiis approbata, ob quam
etiam causæ Morstinianæ satis
arduæ et implicatæ indulgendum
fuerat; ne tanti momenti nego-
tium, aut Comitiorum exitus di-
solveretur. Nec minus coniuncti-
oni huic armorum profuit, quod
per eam cautum fuerit, ne quis-
piam ex Colligatis Principibus ab
hoc inito foedere recederet, nisi
parta victoria vel perpetua pace
constituta. Ad hæc quod conscriptis

per

*Foedus armorum
contra Turcas,
cum Cæsare in Co-
mitiis decernitur.*

per Eminentissimum Cardinalem pium ex parte Augustissimi Imperatoris per Cardinalem vero Carolum Barberinum, ex parte Serenissimi Poloniæ Regis, belli huiusce foederati conditionibus Innocentius XI. Pontifex Mxus, ut sponsor et arbiter ultimam apponere manum promitteret. De Moscho etiam pervulgatum fuerat, eum quoque foederi huic accessurum, expectabanturque in Comitiis Legati eius; quos præve nerat Internuntius, velociori cursu ab iis Varsavia expeditus; ut eorum tardiorem adventum ob locorum distantiam, et variarum difficultatum excusaret. Et advenerant illi quidem finitis Comitiis Cacadaiouus, alter Holoszow dictus; sed pro more suo, nihil determinatum; hac in re deferebant, ut occultis cum Turca pactis induciis. Principum foederatorum progressus, pro sua astuta cunctatione, a longe spectarent, foarentque deinceps.

consilia

Moschorum Legati finitis Comitiis adveniunt.

consilia ex re, et successu meditamentis suis opportuna.

Ergo promulgato armorum socialium foedere, varieque per Poloniam accepto; Cæsar quidem Leopoldus, cum Statibus Imperij, ad exercitus Germanicos, numero qm mxo augendos; Rex vero Joannes, ad supplendas veteranas Equitum, et peditum legiones ad novos delectus faciendos, ad necessarium tanto bello armamentarii militaris apparatum, curas oes converit. Permissi quoque sunt, ære Cæsareano conducti milites nostri, sub signis Germanicis militare; conscripti potissimum ab Hyeronimo comite Lubomirscio, Mareschalco Curiæ Regni, eiusque ductu ægre Sndm, per medias rebellium acies, in Austriam mense Julio deducti. Fervebat iam in Oriente opus ferale, triennalibus, ut didimus

Ingens Turcarum ad bellum apparatus.

diximus curis, exitio Christianita„
tis destinatum; Machomete IV.
Turcarum Imperatore, cum ma„
gno Vesyro id agente; ut ex Asia,
Africa, et Európa coadunatis vi„
ribus, per Cesarem oppressum,
toti qua latepatet Christianitati,
vis se Othomannica infunderet.
Exciti proin a finibus terre po„
puli, moribus, habitu, lingua,
et militandi genere discrepan„
tes: congregata gentium manus
validissima; imperata subiec„
tis Provinciis tributa, iniuncti
militum delectus, et commeatus
belli apparatus ingentes; que
oĩa immensis sumptibus coa„
cervata, cum iam presto adess„
sent, Vezȳrus c̃um exercitu
numerosissimo, et õi re bellica
instructissimo, versus Pannoniam,
et Austriam movit. Numerabantur
in hoc

hoc exercitu, octuaginta millia
Janizerorum veterane in Candia,
et tot bellis diu exercitate, pede„
stris robustissime militie. Aderat
cum 60. millibus Scytharum, Krimen„
sium Hanus; adfuere Valachie, Mol„
davie, Transylvanie, Vasallorum;
auxiliares, et rebellium Hungaro„
rum cum Tekellio copie; reliquum
ex Spachiorum Equitatus Turcici le„
gionibus confertissimis et ex Auli„
co Prefectorum Provinciarum qui apud
eos Basse vocantur, satis frequenti,
et bellis idoneo Comitatu constabat,
ita ut totus Exercitus bis centena
millia armatorum constitueret. Ve„
hebantur quoq quinginte machine
bellice bubalis grandioribus, came„
li, muli, asini, Annona castrensi;
onustissimi, ibant sine numero; py„
rii pulveris globorum missilium et ig„
nivomorum, belliciq armamentarii
prodigiosa copia fidem prope ex„
cedentibus Turcarum et Provincialium
subvectionibus, castra vastissima
sequebatur. Ita Vezyrus portento„
sis copiis

copiis tumens, Comaro, Posonia, et aliis Cesareanis in Hungaria munitionibus omissis, totus ad obsidendam Viennam Austriæ ferebatur; cui licet ominosus ad Strigonium ex fortuito incendio casus evenerit, nihil malis augurìis inauspicatum, nihil imperium, nihil vesana ingluvie non devoratum extrema concupita Vienna fecerat. Accesserant ad id mandata quoque Turcarum Imperatoris, quem Adrianopoli tum degentem, Tekellius et Zrinius perduellum ferocissimi, literis missis stimularant, ut præ aliis Viennæ obsidium accelerati imperaret, spondentes eam, tantarum virium oppugnationi ferendæ non suffecturam. Maturante igitur Vezyro, quod avebat, et quæ iussa imperatoris urgebant; Cæsareanis postquam ad Petemel, Heribergio et Heslingero

Or-

Ordinum Ductoribus, sexcentis legionaribus amissis, infeliciter pugnasset, resistere amplius, et in tantam voraginem præcipitari non ausis; Cæsar Leopoldus cum augusta consorte, et domo sua Lincium se contulit; relicto ad Viennæ defensionem, cum valida præsidiariorum manu, viro rei bellica gloria claro, comite Starembergo, verumque successu altiori Divinæ providentiæ, et misericordiæ comisso. Ergo quidquid in citeriori Danubii ripa, austriacæ ditionis fuerat, igni ferroque per Scythicam, et Turcicam rabiem consumptum: interempti, vel in captivitatem ducti, qui se in tutiora non receperunt, cædibus et incendiis Viennam usque continuatis; donec ad eius suburbia, quorum iam per subiectos a Cæsareanis ignes, pars magna arserat,

deserat, Vezyrus cum universo exer-
citu, die 14a Julij consedisset. Nec diu
moratus, exustis reliquis amplis
palatiis, hortis vero augustalibus,
ad circumvalendam Urbem, ad ex-
citandas munitiones, tormentorumque
suggestus, operibus adhibitis, op-
pugnationem eius quantocius ado-
riri, et ex ingentibus machinis
bellicis moenia quatere coepit.
Fulminibus hisce tormentariis
perpetuo detonantibus, adiunxe-
rat quoque ignes pyrobolares et
horrenda missilia; quorum vi ig-
nivoma ex alto decidente Domus
Viennensium concutiebantur simul,
et incedebantur; cum interim iani-
zeri, nro et impetu mxo externas
Urbis munitiones subirent; et
quamvis fortiter a defensoribus,
et non una clade reiecti; cruen-
tas aggressiones continuarent;
nihil moti, tot caesarum capitibus,
per valla, et munimenta, in sum-
mitate hastarum per obsessos suf-
fixis

da-

Vezyrus cum universo Turcarum exercitu, Viennam obsidet et mox oppugnat.

donec munitionibus illis, extra promi-
nentibus, per summam vim et cadave-
rum struem potirentur. Ad partem quoque
Danubij praecipuum, subter quem tot
alveis divisus delabitur, conflixe-
re saepius acriter, cum Turcis Caesa-
reani, ne in eorum potestatem ve-
niret, cumque pontis illius defensio,
caesis toties Turcis, cruentum iden-
tidem negotium facesseret, admotis
tandem ignibus Caesareani eum sus-
tulere. Penetraverat iam in Austri-
am praeter Joannem Petrovin, Succa-
merarium Derpatensem, cum tribus
millibus nostrorum, in partem Caesa-
ream ab eo conscriptis, Hierony-
mus quoque Comes Lubomirscius,
cum selecta militiae Polonae manu,
moxque copiis et castris Austriacorum
quibus Carolus Dux Lotharingiae
cum militari potestate praeerat
coniunctus, et ab eo rebus geren-
dis adhibitus; ob animi heroici
magnitudinem et ob virtutis belli-
cae data saepius experimenta, in

praecipuos

præcipuos æstimare meruit. Hic
ille rerum miserrimam faciem in Au„
stria contemplatus; exercitus Ger„
manicos, quod immanem illam
Turcarum potestatem frangeret,
obsessamq; et extreme periclitan„
tem Viennam relevaret, nihil sa„
le ausuros videns, stimulatus a
Duce Lotharingo, ipseq; calamita„
tis, rei Christianæ in illa fata„
li necessitate rebus compatiens,
ferventissimis literis suppliciter
exorare Serenissimum Joannem
Poloniæ Regem, et obtestari non
destitit, lachrymis non verbis
id agens; ut augustum opus fæ„
deratorum armorum, quod in se
receperat, quantocius matura„
ret, veniretq; subsidio, oĩ spe
evolutis, et post Deum in illo solo,
audissima expectatione, et spe
tota defixis. Poscebat idem, et
calentissime urgebat, crebris Nun„
tiis, et Literis Imperator Leopol„
dus, gemitu Viennæ et sorte mise„
rabili motus,

Cæsar Leopoldus fer„
ventissimis lite„
ris, Serenissimum
Joannem Regem
ad opem Vienn:
ferendam solicitat.

motus; id unum Serenissimo Joanne
per literas postulante; ut obsi„
dium illud Viennenses, saltim in
alterum mensem constantissime to„
lerarent, adfuturum se brevi, et
subsidia laturum, haud dubie pro„
mittens. Jam etiam die 18ᵃ Julii Var„
savia profectus, votisq; in Claro„
monte Czestochoviensi ad Thauma„
turgam imaginem, et aram Deipa„
ræ Virginis Mariæ suppliciter
redditis, Divinoq; per eam implora„
to suffragio, Cracoviam advenerat,
exercitu quoq; a Trębowla, et con„
finiis Podoliæ versus Silesiam
magnis itineribus properante.
Confluebant quoq; huc ad eum
viri Senatorii, et Proceres Regni,
adeo meritorii coram Deo, et pul„
cherrimi operis coram hominibus oc„
casione, Regiisq; litteris ac promis„
sis ad societatem armorum invi„
tati, quin et cohortes equestres
et pedestres, ære proprio conscrip„
tas, Regio exercitui iungebant;
præclarum exemplum Joannis Ma„
lachowii Epi,

Serenissimus
Joannes Craco„
viam venit.

Episcopi Cracoviensis, qui hastato-
rum militum ala, et quingentis
peditibus copias Regis auxerat,
Madalenio Cujaviensi, Dąbscio
Plocensi, Opalinio Culmensi, Vituj-
cio Luccoriensi, in Cathedrali Basi-
lica Cracoviensi, qui ~~hastatorum~~
~~militum ala~~ a nuntio Apostolico
Palavicino accepta; Rex partem
exercitus, cum Nicolao Sieniavio
Campiductore, ea parte, qua Biel-
sco oppidum Silesiae, Polonis
finibus adiacet procedere iussit.
Ipse opem dexterae Excelsi, ablu-
sta et altaria Divorum dum ad-
huc implorat, etm D. Joannis
Cantii Patriarchae nostri, cum
Regia consorte et prole sua ce-
lebre sepulchrum, Peraugustamque
Collegii maioris Domum adiit.
Atque hic in ipso vestibulo, adi-
maginem dolorosae Matris Dei,
coram qua B. Cantium orasse con-
stans

Solennem benedictionem a nuntio apostolico accipit.

Sepulchrum B. Joannis Cantii et Collegium maius visitat.

constans traditio est, a Rectore
Universitatis Jacobo Baltazaro-
wicz, profunda veneratione
salutatus; dato responso per
Joannem Gninski Procancellari-
um Regni, ad interiora Collegii
maioris, cum toto illo splendidis-
simo Comitatu descendit; recor-
datusque grandaevi Seniculi, Alberti
Dąbrowski S. Th. Doctoris, qui para-
lysi tactus, occurrere gratissi-
mo Principi n. poterat, visitare
eum, cum Regia coniuge sua, in
laribus propriis dignatus, bene-
dici sibi ab illo, ad res in bello pro-
spere gerendas petiit: in biblio-
theca deinde Universitatis non
nihil moratus communique cenaculo
Domus maioris viso, toti Uni-
versitati humanissime valedi-
dit.

Aderat mox profectioni electa di-
es, festo assumptae in Caelum Deiparae
Virginis celebris, ac ideo trium-
phali

16a Aug ipsa die B. M. V. in Caelum assumptae in Silesiam proficiscitur

triumphali, quod Coelitus destinaba-
tur: ad Viennam operi auspicato, qua
die Rex in suburbano PP. de monte
Carmelo Arenensi Templo, coram mi-
raculosa Divinae Matris, quae ibi
religiose colitur imagine humiliter
prostratus; turris illius, ex qua
mille clypei pendent, et omnis ae-
matura fortium, Virginis nimi-
rum Ssmae opem, contra vim porta
Othomanicae, ductis ex imo piis
suspiriis, cum implorasset; comi-
tante Regina, ut abeunti vale-
diceret, versus Tarnomontium in
Silesiam profectus est. Occurrit
hic illi nomine Caesaris Leopoldi,
Tribunus Caraffa cum digna tanto
Principe veneratione, et prolimi-
nari salutatione; nuntiavitque
quomodo Generalis ut vocant assul-
tus, circa oppugnationem Viennae,
Vezyro nuper cum Turcis successe-
rit. Decreverat ille, cum iam ad vi-
ciniora Urbi propugnacula, quae
a palorum munitione, pallisadas
vocant, per repositas saepius im-
petus

petus

impetus, quamvis cum sanguinolenta
strage Turcarum ianizeri pene-
trassent; extremo tandem conatu
Urbem adoriri, imperavitque, ut
ad hanc generalis oppugnationis
aggressionem, cum ianizeris, to-
tum militiae Turcicae robur para-
tum foret. Decretoria ergo illa die,
dato signo, cum horrendo tormen-
torum boatu, et incondito oppug-
nantium clamore, densatis ia-
nizerorum agminibus, Urbem tri-
fariam aggressus; quidquid ex-
tremi furoris, vesani, caecique pro-
pe impetus adhiberi potuit, in
obsessos urgebat; illis quoque
cum divino auxilio, summa for-
titudine, et vi infracta resisten-
tibus; et iam in ipsis fossis iani-
zeros trucidantibus; quorum sae-
va obstinatia, licet cum caede
ingenti, instante non Vezyro mi-
litis ex adverso reiecta, iterum
millies redibat furibunda, et
quasi iam uno illo haustu, victusque
immani, Urbem illam non ampli-
us vi-

Vezyrus generali oppugnatione Viennam aggreditur.

visendam absorptura. Sed Dnus exer-
cituum confortabat manus, et vi-
res, Urbem cum Staremberg de-
fendentium admirando cordatis-
simi pectoris spiritu, et constan-
ti hostium repulsu: nec succes-
sit atrox illa rabies, qm̃vis ad
summum connisa et ad aliquod
horas producta, furente, et dyris
agitato Vezyro; qui cum ianize-
ros immensa strage cadentes,
nec tñ ad moenia Urbis, quod in-
hiabant, evadentes videret, re-
ceptui Sndm̃ canere iussit. Atq
sic passis aliquot lethaliter
sauciatis, plurimis Officialibus
Turcicis interemptis, 18. millibus
ianizerorum amissis, cum turpi
dedecore reiectus; ut tñ barba-
ro fastu, vulnus cordis insa-
nabile aperiret infestare ob-
sessos non cessavit; cumq iani-
zerorum miserabili illa trucida-
tione non moveretur, conqueri

cos

Generalis haec oppugnatio ob Viennensium invictam fortitudinem, male illi successit.

cos per literas apud Turcarum Im-
peratorem, de immanissima sui
illa sanigena adegit. Leta hæc, sd
tñ suspecta et forte in manus auc-
ta, quæ sibi Caraffa preferebat, Rex
prudens, et talium gnarus, ut au-
divit, Deo quidem gratias egit;
sed proteam Turcicam et Viennen-
sium angustias, considerans,
maturare subsidia statuit; ac
proinde Stanislao Jablonovio,
Palatino Russiæ, Duci exercitu-
um, gravioris armaturæ mi-
litia comissa; ipse cum expedi-
to loricatorum, velitumq manu
Serenissimo filio, Principe Jacobo,
lateri suo ubiq adhaerente per
Ratisboriam et alia Silesiæ lo-
ca, faustis populorum appreca-
tionibus, ubiq cum comitantibus
festinus abiit. Sequebatur cum
motis cum exercitu castris Ja-
blonovius, incolis Silesiæ, ex
mandato Cæsaris annonam oĩs

gñris

et commeatus varios, abunde sup-
peditantibus, quin et ultro of-
ferentibus, dispositis etiam circa
viarum tractus, quibus miles
Polonus incedebat feni, avenæ
grandibus cumulis rerumque vic-
tualium copiosis præparamen-
tis, ut quod necessitate extor-
quente solicite quæsivissent,
sine cura libere propinatum
haberent. Non defuere quoque belli-
coso Principi, et eius Exercitui
tota Cœlitus auguria, nunc ir-
rite splendida et insolita, horis
antemeridianis apparente, ac
velut iam triumphaturum cum
Rege suo Exercitum coronanti,
nunc Aquila candida quæ ve-
tus et auspicatum Poloniæ in-
signe est, toto biduo copias mi-
litares circumvolante. Ductu hoc
Cœlesti et faustis omnibus Rex e
finibus Silesiæ in Moraviam de-
latus, circa Olomucium sedem
eius,

Serenissimus Joannes rex Hyeronimum Comitem Lubomirscium in moravia obvium habet.

eius, civitatem cultam et elegan-
tem Hyeronimum Comitem Lubomir-
scium obvium sibi habuit, per
geminatas a Cæsare literas ac-
celerari subsidia, Viennæ labo-
ranti enixe postulantem; quod
Rex ipse sponte urgebat, sum-
mo honore et plausu Olomucii
exceptus, sed absque mora ad fi-
nes Austriæ deproperans.

Præluserat interim desideratis-
simo eius adventui, felix et
gloriosus Caroli Lotharingiæ
Ducis, cum Scythis et Turcis,
non longe a fontibus Danubii
conflictus; in quo Hyeronimi
quoque Lubomirscii Polonique mi-
litiæ virtus bello spectatissi-
ma enituit. Cum etiam Lotha-
ringo ad Stukierat tum agen-
ti, per exploratores nuncia-
tum fuisset, Turcas et Scythas
ex castris Othomannicis trans-
misso

transmisso Morava flumine pro-
digisse; passimq in via ut exerci-
tui Caesareano incommodarent, fer-
ro et igni saevire, vicos et oppi-
da succendere, palabundosq per
circumiacentia loca grassari; qd
et ipsos horrendi ignes, longe la-
teq fumantes prodebant. illico
in antecessum, ut vires hostium
indagaret, Lubomirscium cum E-
quitatu Polono praemisit; ipse mox
cum cohortibus germanicis sub-
secuturus. Promptus ad id Lu-
bomirscius, et in occasionem egre-
giae meriti erectus, turmis quoq
desultoriis secum procedere ius-
sit, ut hostem caute observaret,
e vicinis cum prominentiori-
bus locis appropinquantem
contemplatus, cum maiori qm
superabatq nro adventantem
videret, cumq et ex captivo Scy-
tha 8. millia Turcarum, 10. vero
Scytharum

Scytharum millia adee. Tekiellium quoq
qui ad ripam Danubii iniunctum fu-
erat, brevi cum hungaris rebellibus
adfuturum rescivisset; quamvis ho-
sti animose occurens, paratum tn
ad pugnam velitationibus tantis-
per distinere statuit; donec Lotha-
ringius cum Germanicae militiae
robore superveniret. Ergo Lotharin-
gius, ut advenit, sylvam imprimis
monti vicino supereminentem ex-
plorare mandavit. Ne forte insi-
dias hostium occuleret, in qua se-
cura ee via, ut relatum est. aliquot
turmas militum ad eam insiden-
dam pro oi eventu, et ut hosti-
um stratagemata praeveniret, de-
stinavit. Ipse acie instructa
Lubomirscio cum Polonis, ipsam
aciei frontem tenente, hostem in-
vocata ope coelesti aggressus, ac-
re cum eo certamen iniit. Primus
Turcarum Impetus, valido nisu in Lu-
bomirscium

et

et Polonos irruens, fortiterque ab eis
exceptus, arcabuseriis aliquot caesis,
ordines eorum non nihil turbave-
rat. Scythae in dextrum cornu, cui
Lotharingus praeerat illati, cogni-
to quod sylvam proximam Germa-
ni insedissent, timentes, ne eo-
rum insidiis peterentur; moxque ex
machinis bellicis, explosione in
eos directa territi, nullo opere
notabili edito, eodem quo incur-
rerant impetu, retrocedere coepe-
runt. Turcarum vis acrior, et cum
Polonis conflictus maior ferve-
bat, durabatque obstinatius utrisque
pro victoria connitentibus; quod
ut advertit Lotharingus, iam pul-
sis et aufugientibus Scythis libe-
rior ut militiae Polonae succurre-
ret, levum cornu, cum suis cir-
cumvectus, contra Turcas acer-
rime institit. Polonis quoque lan-
cearum vi in confertissimos cu-
spidatim, densoque iactu conversa,
late eos sternentibus; sensim tan-
dem mota loco eorum praefractam
contu-

contumaciam, sed identidem rur-
sus in aciem provolantem; ad ex-
tremum desperata successu, in
turpem fugam effundi adegit. Tum
vero acies illa Turcarum in prae-
ceps acta, germanis et Polonis
subsequentibus, caedi cruentae pa-
tuit, cadentibus passim Turcis;
quorum mille prope in hac acie
cecidisse ferebatur; longeque plu-
res occubuissent, nisi eos per-
nicitas equorum gladiis con-
fodientium, et ad ripam usque Da-
nubii persequentium eripuisset.
Hauserat quoque Danubius pluri-
mos, qui ob magnitudinem con-
sternationis in eius profundum
praecipites ibant. Alii vero nudi,
ad vicinam eiusdem fluminis
insulam enatabant, armis et spo-
liis opima insequentium praeda
relictis, erepta Turcis in hoc con-
flictu 19 vexilla, quae Lubomirscius
remisit. Bassa Agriensis duobus
equis

24ta Augusti Carolus Dux Lotharingiae cum Hieronimo Lubomirscio Turcas et Scythas forti conflictu vicit.

equis amissis, ægre tertio servatus est; quod Divinæ gratiæ insigne beneficium, et preclarum virtutis bellicæ experimentum, fortissimi Lubomirscii, et unius Poloni gloriam auxit; lætaq in futurum triumphaturo ad Viennam Principi nostro auspicia dedit: qui cum iam Austriæ fines attigisset, prospera hæc ad maiorem festinationis stimulum vertit. Excepere hic cum venerabundo occursu, Carolus Dux Lotharingiæ, Saxo Elector, Marchio badensis, Valdecus, et alii militiæ germanicæ Principes; quos Rex optimus humanissime complexus, miraq benevolentia prosecutus, consilio interim bellico, ob absentiam Ducis Jablonovii dilato, dapibus quoq Regiis ad mensam hilarem dignatus est; omnibus ei supremum utriusq exercitus regimen deferentibus, et ad iussa eius regalia prompte exequenda paratis. Instabat iam Danubii traiectus, de quo facta deliberatione Rex

Serenissimo Joanni Cæsareæ militiæ Principes in Austria occurrunt.

Danubium ad Tulnam cum exercitu Rex traicit.

Rex constituit, ut cum non Cremscii, sed Tulnæ, tractu quidem difficiliori sed viciniori traiceret. Per pontem itaq ad id iubente Cæsare, super scafas navigatorias paratum; exercitu cum machinis bellicis, et impedimentis castrensibus, quod tridui moram absumpsit, feliciter transmisso; hic in latepatentibus Danubio adiacentibus campis, utriusq exercitus acies, a Rege et Ductoribus germanicis; iuxta rei militaris exquisitam peritiam disposita, Ordines suos visendo sane spectaculo explicuit. Quadraginta millibus armatorum exercitus Cæsareus constabat, tormentis bellicis, et apparatu militari satis instructus. Rex in exercitu suo 24 millia Polonicarum copiarum numerabat; cum miles ex novis delectibus conscriptus expediri celerius non posset, ac proinde tardius se castris Regiis

con-

coniungeret. Lithuanis quoq, ob
remotissimos viarum tractus
adêe in tpôre non valentibus,
et vix post conflictum Vienner,
sem, in Ungariam eluctatis. Re,
censito exercitu et iuxta consi,
lium bellicum, ad inter per mon,
tana accincto, advenit Nñe Sum,
mi Pontificis, Marcus de Aviano
Capucinus, austeritate et sanc,
timonià vitæ senex venerabi,
lis, ut ad maturanda Viennæ
laboranti subsidia, Regem et
Exercitum stimularet; sed post,
quam Regem ipsum id solicite
agere, urgereq, serio advertit,
felices armorum progressus,
et spem victoriæ sancta ac
prope verbis Profeticis preca,
tus, Apostolicam benedictionem,
universo Exercitui impertiit; qua
compunctis ad devotos affectus,
et pias lachrymas cordibus,
religiose

Marcus de Avia,
no Capucinus,
Nñe Summi Pon,
tificis exerci,
tui benedicit.

ut

ut par erat suscepto, ad Noricas
Alpes quas Accolæ montes Cætios
appelant, uterq exercitus die 12°
7bris processit. Hic triduo pro,
pe per prærupta illa aspera
et confragosa, dumestisq syl,
vestribus horrida, per concisas
valles, et rursum per fastigia,
in præceps prominentia, per
desertas vineas, et mapalia
aggrestium causta, nemine
ex locorum gnaris comparen,
te, cæco et invio tractu extre,
mog nisu laboratum. Quibus
in locis S. Vezyro mens non
læva fuisset, aliquot milli,
bus ianizerarum, in prærup,
ta illa collocatis, iterq diffi,
cillimum obsidentibus haud
dubie exercitus noster in sum,
mo discrimine fuisset, Viennaq
vix ad quinq dies ferenda
oppugnationi suffectura, tem,
pestivo succursu caruisset. Sed
quem

Exercitus per
montana et
prærupta Vien,
nam versus æ,
gre eluctatur.

quem Dominus in manus Christi„
anorum tradere decreverat, men„
te superbo, et salubre consilium
cripuit; cum Regem Polonum adeē
persuaderi sibi nullatenus pa„
teretur; et si adeēt immani po„
tēa clatus, despectui hbrēt.

Die 12a 7bis Rex cum exercitu in conspectu Vi„ enne et Tur„ carum apparet.

Diē Sndm Dominico 12a 7bris in
summitatibus montium, exerci„
tus noster Vienne et Turcis vi„
sendus apparuit. Vezyro tum
demum stupente, et quod Polo„
ni sancitam pacem violaverint
conquerente: ut Sn ingenti spē
oīa devoraverat, simul et ur„
bis oppugnaōni instare, et cum
exercitu Christianorum confli„
gere statuit. Fastum hunč
mox subsecuta iussā imperi„
osā, iniunctumq ab eo parti ia„
nizerorum; et urbem vallide
aggrederetur, machinisq belli„
čis impeteret. Porro exercitui

Polono
et

et Cesareo, robur alittd ianizerorum,
et Equitatus Turcici ingentes copi„
as obiecit; ipse aciem instruens,
minacīq et truculento vultu oībs
instans et ante victoriam vix
non canens triumphum. At Rex
Joannes, sacris Christianorum ri„
tibus, exercitu proemunito, post„
qm hastatas, loricatas, desul„
torias, pedestresq cohortes et le„
giones, cum Jablonovio et Sienia„
vio Ducibus, pro loci et rei ge„
rende opportunitate, ex arte mi„
litari ordinasset; Lotharingo
quoq, Saxone, Bavaro, Valdeco,
Lauerburgico, et aliis Germanice
militie Ductoribus, Tribunis, et le„
gionum Legatis, iuxta morem soli„
tum, oīa ad imminentem conflictum
preparantibus; eēplo potius Regali,
quam verbis longioribus pro Deo
et tota Christianitate decertatu„
ros cohortatus, prelio hostem ad„
oriri mandavit. Eminebat ipse

ingens

ingens animi equo generosissimo in-
sidens, et sub insigni Regio, quod
illi præferebat, Martem ubiq; ciens
et spirans; pone quem Jacobus Po-
loniæ Princeps, filius a tanto Pa-
tre non degener armis et indole
summa visendus, tyrocinia Martis
in opere adeo formidando, sine
formidine auspicatur. Et licet præ-
cipitia illa, desertarum vinearum
circumductis villano opere agge-
ribus impedita, equis gravi offen-
diculo erant, laxatosq; ordines co-
hortium coarctarent; superavit Pr-
ovia cordata virtus in aciem pro-
volantium; qui ex decliuis mon-
tium ianizeros primum, mox et
confertissimus Equitatus Turcici
legiones aggressi, prœlium Deo
auspice inire. Prima Alexandri
Principis Poloniæ hastatorum mi-
litum ala in Turcas ubi densissi-
mi occurerant, magno impetu in-
vecta, hastas in barbaris pectori-
bus mersit, cadentibus strage nostra
Turcis

Turcis, nihilominus acerrime resisten-
tibus; quos aliæ quoq; subsecutæ ha-
statorum turmæ et alæ, licet pas-
sim sternerent, sustinuere vim lo-
co non moti, ferventissimumq; prœ-
lium identidem restaurantes. Atrox
hic et sanguinolenta cædes, edita
multos ex barbaris, et ex nostro-
rum fortissimis hausit, in qua
strenue pugnans gloriose occu-
buit Stanislaus Potocki Præfec-
tus Haliciens, Andreæ Potocki
Castellani Cracoviensis filius,
florentissima ætate in victimam
Patriæ datus. Cæsus quoq; hic est
vir magni nominis, et animi An-
dreas Modrzewski, Curiæ Regiæ
Thesaurarius, et Zbaski Succame-
rarius Lublinensis, cum aliis
ex hastata potissimum militia,
præclaris heroibus, quorum san-
gine et

Stanislaus Potocki Præfectus Halicien. gloriose occumbit.

Andreas Modrzewski Regiæ Thesaurarius et Zbaski Succamerarius Lublinensis fortiter cadunt.

et morte, victoria hoc constitit. Nec minor in Germanico exercitu virtus, in quem Scythæ primum magno impetu delati, sed robore infracto, et densa glandium explosarum grandine excepti, nulla edita notabili opera retrocessere. Atrocior et diuturnior cum Turcis pugna, Italiam Germanorum aciem pernicitate equorum nunc effugiens nunc redintegrans, sanguineas coedes produxit, in quibus, Belgici sanguinis fortis et strenuus heros Dux Croie Arschotanus, cum aliis germanorum pugnacissimis interiit. Cruentum hoc quoque profractis et obstinatis utrinque animis duravit a hora 8a antemeridiana, usque ad horam 5tam pomeridianam: hinc Joanne Rege Polonis strenue pugnantibus, tam

etiam in summa discrimina praesentia sua Regia animos addente, et licet ephebus ad latus eius pila tormentaria, ictus occubuerit, illi casus periculo mistus nime moto; illinc Vezyro omnia turcibus ipsis perurgente, et novas in aciem copias submittente, donec tandem Turcas, sensim loco moveri, ut, tamque Christianorum Divinitus corroboratam, amplius sustinere non posse advertens, dyras omnes movere, et extremis viribus furere coepit. Sed non profuit rabies illa, et immanis ferocia quidquam cum iam Turcæ manifeste terga verterent, et in fugam solutis ordinibus agerentur agminibus confusi, terrore consternati insequentium gladiis ruentes; quos Vezyrus campo restituere frustra aliquoties conatus, rebus conclamatis spe omni evolutus, postquam coram duobus filiis calamitosæ fortunæ suæ vicibus, cum lachrymis indoluisset, tandem et ipse turbine illo abreptus, probrosis vestigiis sequi coactus est. Primi ex Turcarum exercitu, qui fugam inierant,

Turcarum ingens exercitus a christianis profligatus relictis castris ex acie fugit. —

Vezyrus cladi suorum coram filiis illachrymatur. —

inierant, Budensis et Agriensis Bassæ
fuere; quos postea in poenam tur-
pissimi dedecoris, Vezyrus strangu-
lari fecerat. Hanus quoq Krimensis
nihil egregium in hoc conflictu præ-
stitit; Vezyro suspectus, ceu Polonis
addictior, atq ut Scythas suos in aci-
em retroverteret, frustra ab eo solici-
tatus. Non eripuit tamen totam Vezy-
ro mentem clades illa horrenda et
miserabilis, qui ut ianizeris consu-
leret, equos illis subministrari va-
cuos, vel ut ab equitibus in equos
reciperent, captivos quoq interfici,
pyrrium pulverem in castris defodi,
exitio irruentium iussit; reliquum
exercitum, ut fugæ beneficio servaret,
equo pernici delatus abiit; persequen-
tibus Polonis et Germanis, eousq do-
nec eodẽ impetu, in castra hosti-
um immenso tractu extensa et in-
genti prædæ potentia, spoliorum a-
vidissimi penetrarent. Præda hic vix
dici possibilis, sed eorum qui ex Tur-
cis in acie ceciderant, strages non
adeo numerosa, cum vix 6. millia
cecidisse vulgatum fuerit, reliquis tem-

pestiva

168

tempestiva fuga elapsis. Porro in Ca-
stris Turcarum 100. millia tentorio-
rum numerata fuisse, haud ex va-
no ferebatur, et quidem oĩs gñris
armorum, vestium ornamentorum
pretiosa suppellectili instructissi-
ma: auri argenti, gemmarum, an-
nonæ pilii pulveris; equorum, mu-
lorum, camelorum, sarcinarum
innumerabilis copia, ĩr diripien-
tium militum, calonum, et lyxa-
rum manus distracta, ceu in vora-
ginem quandam cum descendis-
set; superfuit tñ etiam incolis
Viennensibus, qui Urbe liberata
egressi, quod e spoliis hostium
tollerent, satis habuere. Vezyri
tentorium ab eius cubiculario Po-
lonis ostensum, Serenissimo Joanni
ĩr manubias victoriæ cessit, satis
amplum sericeo et phrygio opere
elaboratum; in quo cœnacula por-
ticus, ambulacra, balnea, horti,
struthiones, phylaci, et alia volup-
tuaria oblecta, ad luxum et stu-
porem inventa fuere; tormenta ve-

ro

Castra Turcarum diripiuntur

vero bellica, quae Vezyrus in castris pregrandia, et numerosa reliquerat in partem Imperatoris oia concessere.—

Dies hoc tto et tam inaudito victoriae successu celebris, iisdem plane horis quibus apud Viennam prospere pugnatum est. Serenissimam Mariam Casimiram Reginam Poloniae devotae supplicaoni Cracoviae intentam vidit. Solicita quippe, quod dum exercitus noster ix montana circa Viennam luctatur, nullus ex castris Regiis per aliquot dies Nuntius compareret, Regemq maritum in aliquo gravi discrimine versari suspicata, toto cordis affectu opem Coelestem qm mxe implorandam curavit; publicamq supplicaonem ex Cathedrali basilica Cracoviensi, ad Ecclesiam Archipraesbiteralem Deiparae Virginis, in circulo Cracoviensi, per Joannem

Solennis Processio et supplicao Cracoviae eodem die et iisdem horis, quibus victoria ad Viennam ex Turcis est obtenta.—

Matachovium

Matachovium, Episcopum Cracoviensem, Summum Eucharistiae Sacramentum processionaliter deferentem, magno Cleri et populi concursu institui fecit; cui aderat et ipsa cum Serenissima Prole aderat, et Palavicini Nuntius Apostolicus, et numerosus illustrium virorum comitatus, nec irrito ferventissimae pietatis eventu; cum eodem ipso tempore exercitus Christianorum formidabilem illam Turcarum potentiam, in ipsis Viennae oculis, memorabili victoria profligasset. At Vezyrus ut Polonas et Germanicas manus securius effugeret, totam eam noctem in continuanda mutuo habitu fuga absumpsit, iterq novem milliarium, festinatis passibus confecit; cuius vexillum praetorianum coloris viridis quod ab Imperatore Turcarum, in signum supremi armorum regiminis, ritu machometico acceperat, arabicis literis intertextum, Serenissimus Joannes, Innocentio XI Pontifici mxo

Vexillum praetorianum Vezyro Summo Pontifici a Rege Poloniae missum

in

in memoriam tantæ victoriæ Romam
ex castris misit, redditum Pontifici
per Joannem Casimirum Donhoff Ab-
batem Claratumbæ, nunc S. R. E. Car-
dinalem, atq in Basilica Vatica-
na, loco spectatissimo in simbolum
perennaturi Divini in hac vic-
toria beneficii, a Summo Pontifice
reponi, collocariq iussum. Die inse-
quenti quæ fuit 15ta 7bris Rex Vi-
ennam ingressus, obvium sibi Er-
nestum Comitem Starembergum, qui
Urbi a Cæsare Præfectus fuerat, ob-
sidiumq illud fortissime tulerat
et vicerat, cum festivis populi ac-
clamationibus habuit; solennesq
gratias in primario D. Stephano
templo prostratus ante faciem
Domini, altissima ipsius Maje-
stati agit, a Steremberg deinde
humiliter invitatus, cum Electo-
re Bavaro, mensæ illius accum-
bere

Serenissimus Joannes Rex Viennam ingre- ditur solleñeq Dño exercituum gra- tias agit.

accumbere dignatus est, gratulatus
viro fortissimo Urbem, et felicitatem
illam; qua illi datum fuerat, Urbem
Cæsari, et toti Christianitati in
extremo discrimine positam serva-
re et de immanissimo hoste trium-
phare. Contemplatus hinc Rex Starem-
bergo oia monstrante, horribiles
Viennæ ruinas, moenia concussa et
hyantia, turres prostratas, templo-
rum deiecta fastigia, munimenta
Urbis externa et interna, cuniculis
subterraneis lacerata, palatium
Cæsaris quassatum, omnia prope
loco mota, et miserabili facie al-
tum dolorem provocantia, tandem
sub vesperam ad castra rediit. Sed
in iis Exercitui fatigato, moles-
tissima oia propter intollerabilem
ex cadaveribus hnum et mortici-
niis pecudum fetorem; propter pa-
buli ab hoste consumpti, detritiq
inopiam, cum non nisi folia quer-
cuum alendis equis superessent;
propter

propter incendia ex pirio pulvere
ab hoste in castris defosso, crebro e,
rumpentia; morbis quoq[ue] i[n]t[er] milites
sensim invalescentibus; cum botros
vini recentes, sedandæ fami sitiq[ue]
i[n]t[er] vineas avide colligerent; hau,
stuq[ue] deincepsq[ue] aquæ turbidæ le,
thalibus alvi profluviis occa[si]o[n]em
darent. Inter hæc Cæsarem Leopol,
dum adventare nuntiatur; qui ut
Regi Polono gratificaretur, tan,
tumq[ue] hospitem ex merito et di,
gnitate Majestatis exciperet, ad
præstanda mutuæ humanitatis
officia properavit. Constiterant
in subiecta camporum plani,
tie, Polonæ et Germaniæ instruc,
tæ acies, duorum Europæ poten,
tissimorum Monarcharum spec,
taturæ; in quo conspectu Cæsar
et Rex dextris adinvicem datis,
et in amicos complexus ruentes

Cæsar Leopoldus et Rex Poloniæ Jo, annes mutuæ salutationis humanissi, ma sibi officia reddunt.

hilari

hilari utrinq[ue] vultu, animorum gau,
dia testati sunt. Cæsar quidem vi,
ctoriam illam post Deum auxiliatori
Regi Polono tribuens: Rex vero de
præstita in subsidiis ferendis ope,
ra, satis modeste locutus, triumpha,
les illas ex Othomanno laureas
Cæsari gratulatus est; mox Jaco,
bus quoq[ue] Poloniæ Princeps magno
patri assistens, Cæsari veneratio,
nem detulit. Inde ad osculum ma,
nus Cæsareæ heroes Poloni accesse,
re, no[mi]ne singulorum et dignitates,
Rege Cæsari indicante. Visum de,
inceps Cæsari instructas acies pro,
pius intueri, ac potissimum ha,
statæ militiæ Polonæ robur, quod
illi mire placuit, vexillis honori
Cæsareo, per alaram vexiferos in,
clinatis. Quo peracto repetitisq[ue]
multæ benevolentiæ officiis, Cæsar
et Rex campo digressi, consilia de
prosequendo ulterius bello, per mi,

nistros

per ministros status agitanda,
tempori et loco opportuniori reser-
vavere. Ita Vienna à die 24. Julij ad
diem 12am 7bris a Vezyro obsessa, im-
mensis viribus oppugnata in ru-
inas suas prope sepulta, et nisi
dextera Dni virtutem fecisset, sub
extremo ictu posita, e ruderibus su-
is caput extulit, vitalesq spiritus
recepit, ex altero iam obsidio Tur-
cico, ope Divina triumphans. Nam
Solimanus Turcarum Imperator, gra-
vis ille Christianis Principibus et
formidandus, A. D. 1529. arcta eam
obsidione anxerat; contra cuius
potentiam fortiter eam defendit Phi-
lippus Palatinus Rheni; qui Urbi
cum armorum potestate praeerat,
Leonemq illum rugientem ab hac offa
diductis faucibus, tantopere con-
cupita, ope sua frustratum recedere
coegerat. alterum quoq hoc obsidium
sub

sub Muchometo IV. Turcarum Impera-
tore, Mustafa Vezyro huj crudelis-
simo et ambitiosissimo, Coelestibus
pro Leopoldo Caesare suffragantibus
auxiliis non successit: qui ampli-
us qm 40. millibus armatorum in
eius oppugnatione amissis, 6. passis
in acie caesis, castris ingentibus
turpiter relictis. Starembergo quoq
cum victrices Christianorum Aquilas
Turcas in fugam agerent, erupti-
one facta ianizeris Urbis oppu-
gnationem urgere iussis, partim
interfectis, partim captis, obsesso-
res fugante frendens; et Viennam
relictam, frustra respectans, imma-
ne quantum doluit; tandemq post ge-
minatam ad Strigonium cladem,
ab Imperatore suo strangulari ius-
sus, iusta Dei ultione, fodè inte-
riit. Victoria haec per Orbem Christi-
anum divulgata, ubiq solennes Deo
immortali grates actae, et triumpha-
lia instituta; quae

Romae et per totum Orbem Christianum solennes triumphi.

quæ Innocentius XI. Pontifex Mxus, incomparabili gaudio perfusus, cum summa celebritate Romæ fieri mandavit: Venetiis quoq et per primarias Italiæ Urbes, per Germaniam, Hispaniam, Belgicasq Provincias, ad triumphales ignes arsere, et iucundissimi applausus personuere. Cracoviæ quoq ut primum a Rege victore ad Reginam lætissimus hic advolavit Nuntius, quam in templo Arcensi, coram miraculosa Deiparæ Virginis imagine devote orantem invenerat; egit illico tantis gaudiis exhilarata Regina cum Episcopo Cracoviensi ut solennis gratiarum actio, in Cathedrali Basilica institueret, actumq id convocato Clero, et innumera populi multitudine confluente, summa omnium lætitia, et tormentorum resonantium plausu indicta de-

Cracoviæ solennis gratiarum actio et triumphalis lætitia instituta.

inceps

deinceps per aliquot dies pro iis qui ad Viennam ex Christianis ceciderant, per exequias funebres suffragia; ut in iis animæ illæ heroicæ, et in victimam pro tota Christianitate sponte oblatæ, sacrificiis et orationibus fidelium iuvarentur.

Vienna liberata, Vezyroq fuga quidem elapso, sed ad reparandas vires, facile redituro, unum supererat, persequendi hostis belliq continuandi, arduum sane negotium, præsertim cum morbi castrenses, crebri et periculosi indies magis augerentur; plurimiq ex Germanis et Polonis disenteriæ malo laborantes, passim eodem conficerent; non gregarii tantum, et legionarii; verum Ductores quoq Ordinum Tribuni, et Centuriones, quos inter Zacharovius, Vilczkovius, Strzalkovius, et alii, ex militia Polona præcipui decesserant. Mortis nihilo-

Exercitum Christian. graves morbi infestant.

minus

a Vienna castris, Joannes Rex cum Du-
ce Lotharingo, etiam per hoc obstantia
bellum prosequi paratus, Poloniam
versus cum processisset, multos hac
in Urbe morbo lethali confectos, vel
aliam, prope agentes curaonis vel
sepulturæ gratia relinquere coactus
est; ipso etiam Nicolao Sieniavio Pala-
tino Volhyniæ et exercituum Regni
campiductore, ex morbo quo postea
consumptus, lethaliter hic decum-
bente. At Vezyro iras ultrices coquen-
ti, et varia Budæ consilia agitanti,
ab Imperatore Turcarum ne post cla-
dem Viennensem totus animo con-
cideret, donaria missa fuere; vexil-
lum nimirum vestis pretiosa, cla-
va Imperato, et equus splendido
apparatu ornatus, simulque adhortatione
dato; ut martem restitueret, armaque
damni et probi Viennensis ultricia,
in Christianos verteret. Addebant il-
li animum 30. millia Turcarum recens
submissa. Adzigerei quoque Hanus Scy-
tharum, numerosas copias animosi-
us, in praelium cum Christianis iturus

cidem

Imperator Tur-
carum Vezyro Bu-
dæ existenti, do-
naria mittit.

cidem efferens; cum iam Vezyrus pri-
orem Hanum, ob suspectam erga Tur-
cas fidem et ad Viennam male pro
iis navatam operam, exautoratum
Dominio Tauricæ privasset. Tekiel-
lius quoque tentata, et si non sin-
cere, sed in speciem tantum per Sere-
nissimum Joannem Poloniæ Regem,
apud Cæsarem Leopoldum concili-
ationis gratia; cum id per Absolonem
Nuntium suum doloso ageret et
aliud intenderet, perfidei suæ, et
iurati in Cæsarem odii tenax,
ad Turcas et Vezyrum transierat,
eum cum novis augeri viribus, et
reparando bello sufficere posse ad-
vertisset. Porro exercitus noster cum
Austriacis copiis dum hostem pro-
sequitur: tractu illo nimium fame-
lico, quia per Turcas et Scythas
funditus desolato, miserabilisque
excidii tristissimis prope ruderibus
consepulto, pabuli et annonæ gra-

vissimo

gravissimo defectu laborare coepit,
cum promissa ab Austriacis prono
Danubio, victualium subsidia
aegre submitterent, et si quid Vienna
navigiis per Danubium defluentibus
ad castra devenisset id Germanis po-
tius, quam Polonis cederet, fremitus
exercitus nostri, et iusta indigna-
tione; quod data fides auxiliari-
bus copiis, in tam longinquo, et
exotico solo non servaretur. Qua de
re Serenissimus Joannes Rex non Im-
peratorem tantum certiorem red-
didit; sed a Dno quoque Pontifice, ut
iis qui nunc ipsius rei frumentariae,
et Commeatibus subvehendis prae-
erant, tanto malo succurerent, datis
Romam saepius literis postulavit. Inter
has tamen angustias, copiae milita-
res dum coeptum iter continuant,
multis oppidis exustis, et templis
profanatis in itinere occurenti-
bus; in uno eorum flammis semiu-
sto, desolatoque, imago Deiparae Vir-
ginis Mariae a militibus nostris
inventa

Jmago Deiparae virginis in tem-
plo desolato cum mirabili inscrip-
tione inventa.

inventa, Ducique Jablonovio oblata fu-
erat, a barbaris confossa et male ha-
bita, in qua hoc inscriptio legebatur:
hac sub imagine Joannes victor ero,
quod quidem omnibus mirabile visum, va-
rias in animis spectantium coniec-
turas excitavit; sed nihil certi ha-
beri, in illa extrema desolatione po-
tuit: imago tamen ob illam inscriptionem
quasi Propheticam, et insolitam re-
ligionis habita, et honorificentius ser-
vata est.
Per Danubii insulam Kuch dictam, ad
20. milliaria protensam, Rex exercitum
ducens, Jaurinum natura et arte locum
munificentissimum, consulto diver-
tit, a Viceprafecto praesidii Caesarei
et a Comite Esterhasio Hungaricae mi-
litiae celebri Ductore summo plau-
su et honore exceptus; Comarum de-
inceps sive Comaram arcem non mi-
nori munitionis fama insignem, sae-
pius a Turcis oppugnatam, sed nun-
quam expugnatam, ac ob id intac-
to Virginis titulo gaudentem invi-
sit, omnia prudenter et acurate contem-
platus.
et

et quæ usui militari proficua vide-
rat, alto pectore observata recondens.
Adauxerant mox copias eius, Ste-
phanus Czarnecki Exercituum Re-
gni Notarius, et Josephus in Wi-
snicz Lubomirski, Præfectus Sando-
miriensis, deductis hic cohortibus
suis, omni apparatu bellico instruc-
tis; ab Electore quoque Brandeburgi-
co, ex vi feudi mille ducenti mili-
tes submissi adfuere, habitum dein-
de cum Proceribus Germanis, et Po-
lonis, consilium bellicum, ex cu-
ius arcana deliberatione; certisque
de causis novarum arcium in a-
liud tempus oppugnatione dila-
ta, versus Parcanum, Strigoniumque
ceu fatis urgentibus copias, et ca-
stra movere placuit: ubi Turcarum
vis robusta, minus sperata, neque
exploratoribus cognita, dum nostros
incautos, et nimis securos reddit,
subsecutæ cladi funestam occa-
sionem præbuit. Vezyrus enim recen-
tibus copiarum supplementis, et fa-
vore Imperatoris sui excelus; ut de-
decus

dedecus Viennense oboleret, Cara
Mechmet Bassam Budensem, ad
novam belli aleam, tentandam
cum exercitu expediverat; qui ad
vicina Strigonio Parcanoque loca
progressus, id animo volvebat; ut
cum Christianis aut prœlio confli-
geret, aut saltim victores morare-
tur. Incidit in hunc die 7a 8bris
Rex ab exploratoribus male in-
formatus, multitudineque barba-
rorum, quam non speraverat con-
specta, quamvis res ingentis peri-
culi esset, retrocedere indignum
ratus, et iam ab hoste circumfu-
sus, cum Turcis vehementissimo
impetu in nostros pauciores in-
currentibus, prœlium inevitabi-
le iniit. Pugnatum hic fortiter
et animose sed infeliciter. Tur-
cis loci opportunitate, nostro fero-
cia prævalentibus: qui cum in de-
xtrum cornu Jablonovii mixto fu-
rore involassent, quamvis sæpius
repressi, et submoti fregere Indem
inclinatam

Rex cum Turcis ad Parcanum in Hungaria infoe-
lici prœlio conflig.

inclinatam nostrorum aciem, caede militum et strage cruenta, ac potissimum equitum desultoriorum, quorum in hoc conflictu, prope duo millia cecidere. Occubuit hic Siemianovius et Calensceius ex hastatae militiae Centorionibus, Vladius quoque Donhoff, Palatinus Pomeraniae heros fortissimus, globo sclopeti in pectore traiectus, cum iam semianimis ex acie subducitur, ex equo decidens, una cum famulo suo Guto, vio, summa fide, et constantia sibi adstante, a Turcis supervenientibus obtruncatus, mortem gloriosam appetiit, Rex cum Duce Jablonovio saepius aciem restituere conatus, cum rebus conclamatis nihil proficeret, campo hostium excedere, salutem et maiestatem Regiam manifesto periculo aegre subduxit, Turcis saeva rabie magis magisque instantibus; quorum vis immanis, longe maiori clade in nostros desaevisset, nisi nox incumbens, infelicem illum diremisset conflictum. Hoc te subsecuta gravis dolor, et pudor perculsos tam adverso casu milites nostros,

Vladius Donhoff Palatinus Pomeraniae caesus, a Turcis fortiter occumbit.

altum

altum ingemiscere fecit, manifestam ultionem divinam agnoscentes, propter tot templa, per pabulatores nostros violata, sacramque Ecclesiasticam supellectilem direptam; ex quibus multi corde compuncti, pectoraque sua cum publicano percutientes, ut indignationem Divinam placarent, reatus conscientiae suae per confessionem peccatorum, expiabant. Cibus vero ex inde patuit, quam res humanae lubricae sint, et vicissitudini obnoxiae; quod Deus Exercituum sit victoriarum Dominus quod eas tribuat, auferatque ex iustissimo beneplacito suo; quoque permittat nuper felices, momento cadere, ut conditiones humanae memores, sub potenti manu ipsius humilientur. Humiliati certe; et contristati, sed ad poenitentiam generosi militiae Polonae animi, dum secum vices suas reputant; in spes sibi meliores erecti, a Domino qui erigit elisos auxiliarem sibi manum et paternum post castigationem sola-

tium

nos

non defuturum pollicent; Vezyrus Budæ
per celeres Nuntios, de hac suorum ex
nostris victoria certior factus, et in
spectata gaudia sua vix capiens,
ad identidem verane cēnt, quæ nun-
tiabantur ex adstantibus quærens; re
tñdm comperta, ab iis quæ proelio in-
terfuerant ad Bassam Budensem, cui
7. alios Bassos addiderat, etiam au-
lico suo Comitatu misso, illico man-
data dedit, ut victoriam instanter
prosequeret; omninoq; ad pugnam
Christianos iterum eliceret; vel si
pugnam detrectarent in castris eos
adoriret. Sed neq; Regi, et Exercitui
nostro, cladis et ignominiæ vindi-
candæ animus deerat; præsertim
cum res tormentoria, quæ in priori
conflictu defuerat; roburq; pedita-
tus cum austriaco exercitu super-
venisset. Quare Turcis nupera vic-
toria elatis, ac proelio iterum de-
cernere aventibus die 9a 8bris invo-
catis de Coelo per sacrificia Chri-
stiana suffragiis Rex cum instruc-
ta acie animose occurit; Ordinibusq;

Die 9a 8bris Tur-
cæ iterum vic-
toriā memora-
bili vincunt

ad

ad eum modum, quo ad Viennam
usus fuerat, machinisq; bellicis oppor-
tunè ii legiones dispositis impe-
tu barbarum, nisu valido ad pug-
nam provolantium, non minori pu-
gnandi ardore excepit. Primæ hasta-
torum alæ ingruentibus obiectæ, tu-
midos et feroces insulti ñ ferendo
agressæ, resumptam a casu virtutem
formidiabiliorem ēē ut sentirent,
magno strage edita docuerunt. Fu-
re deinceps lorica, et ōēs arma-
torum cohortes, pari animo in ho-
stem effusæ, tormentis bellicis con-
tinuo detonantibus, et conglobatos
discerpentibus, qui cum mordicus
in aciem, et cædes suas ruunt, tri-
bus ferme horis atrocem illam scæ-
nam produxerunt. Superavit tñdm
Divino adiuta brachio, heroica Chri-
stianorum virtus, obstinatissimos
et in stragem suā præcipites; dum
barbari fortissimo nostrorum robo-
re fracti; victiq; et in fugam versi
totis campis ad excidium suum ef-
fusi;

effusi; ob insequentium gladiis caden-
tes, numerosis passim cadaveribus,
loca vicina, horrendum in modum
complevissent; quibus cum ille uni-
cus in ulteriorem Danubii ripam,
qui superfuerat elabendi modus,
mxe oium exitialis fuit. Ponte enim
tantam multitudinem non sustinente,
ac mox disrupto omnes qui per tabu-
latum eius pernices ferebantur,
Danubio hausti sunt; alii vero qui pon-
te disrupto ad dextremum interitum
relicti fuere, proiectis armis nuda-
tisque corporibus ut gladios et ia-
cula nostrorum nando evaderent,
Danubio se committebant, sed cum
a Germanis, Polonisque qui ripam ci-
teriorem obtinebant destinatis glo-
borum ictibus, et e machinis belli-
cis peterent: pars occisi, pars undis
absorpti, quas foede cruentaverant,
in vorticosa illa praecipitia misera-
bili spectaculo periere.

Quoniam vero Parcanum oppidum,
in citeriori Danubii ripa situm non
procul

179

procul aberat, quotquot ex infelici
pugna fugientes Turcae eo se rece-
perant, distulerunt quidem exitium
suum, sed non effugerunt. Huc enim
immissae peditum a Tribunis nostris,
et a Duce Lotharingo Germanicae
Legiones, totis viribus oppido in-
cubuere; et licet ianizeri densa
globorum explosione, locum stre-
nue defenderent, morarenturque vali-
dos aggredientium insultus, per-
rupere tamen Germani, Polonique vic-
tores ausu et nro maiori feroci-
us invecti, praedaeque avidi, submo-
tisque caede cruenta ianizeris, al-
bum quamvis vexillum deditionis
tesseram attolentibus; dum in retro-
cedentes, consternatosque enim con-
tra Tribunorum suorum imperia,
implacabiles feruntur oppido sese
vehementius infuderunt. Hic cae-
des, direptio, nuperaeque cladis atrox
vindicta, a contineri nesciis, et
loco iam potitis donec furor san-
guine

Parcanum a vic-
tore Exercitu Chri-
stianorum captum
et direptum.

sanguine hostium, et optimis spoliis
exsaliatus resedisset. Ita probrum
illud et damnum exercitus nostri,
quod Turcæ nudius tertius minus
sperati, et ab exploratoribus quoque
poteo fuerit, non plene investi-
gati, permissione ad tempus Di-
vina intulerant; excidio hic suo,
et cruore n̄ro expiarunt. Victo-
ria certe hæc insignis, et memoran-
da, ac Viennensi hostium strage
magis cruenta fuit. Nam ad Vi-
ennam hostis tempestiva fuga
elapsus, castra quidem et spolia
longe maiora reliquit. Sed in a-
cie tanto n̄ro n̄ occubuit. At vero
hic ex 36. vel ut alii asserebant
ex 50. Turcarum millibus 15. in acie
cæsa, reliquum Danubio haustum,
alii cum Parcano oppido consump-
ti, pauci trans Danubium evase-
runt. Cara Mechmet Bassa Budensis,
qui huic exercitui loco vezyri
præerat

præerat, globo per utramque scapulam
ictus, nando primum, cymba dein-
de per Danubium, Budam se subdu-
xit. Silistriæ Bassa, qui inter 7. Ve-
zyros Imperii Turcici numeraba-
tur, Bassa quoque Damasci cum a-
liis præfectis insignioribus cap-
ti, et cum castrorum præda ingen-
ti in victoriam potestatem vene-
re. Rex proinde cum toto Exer-
citu tanti beneficii divinitus
collati gratus; atque ut adversis
infractus, ita et prosperis non
elatus, hymno Ambrosiano so-
lenniter decantato humiles Pa-
tri misecordiarum, et Deo totius
consolationis gratias egit; ter-
noque machinarum bellicarum soni-
tu, ob hanc gratiam Coelestem
animorum gaudia testari; ac
tandem abominandum superstitionis
Machomenticæ delubrum, vi tormen-
torum

tormentorum dirui, et solo æquari iussit. Mox ut Exercitus in ulteriorem Danubii ripam traduci posset, ponti reficiendo, octo dies insumpti sunt, cum interim a Tekiellio iterum Legati submissi, ad impetrandam apud Cæsarem, Regio interventu veniam supervenissent: qui cum Joanne Gninski Procancellario Regni et aliis hac super re a Rege delegatis, dum mutuo colloquuntur; simulatione et arte solita, nihil certi proponentes, conditiones reconciliationis ambiguo sensu involventes; ac Rdm ut serio et aperte declararent, an Turcarum patrocinio renuntiare, et ad Cæsaris obsequium redire vellent, a nostris delegatis adacti; missus ad Tekiellium pro hac Declaratione nuntius, tantisper in castris subsistere, frementibus

Legati iterum ad Regem a Tekiellio missi.

frementibus germanis et flagrantissimum odium non dissimulantibus, ex quorum minaci vultu et verbis in furias erumpentibus facile conici potuit; quam Tekiellio et rebellibus cum eo Hungaris funesta, et atrocia ōia meditarentur. At Vezyrus de infelicis pugnæ eventu, et horribili suorum clade, per cruentos Nuntios Budæ edoctus, adeoq vicini periculi metu exterritus, frendens et prope amens, ceu iam pœnis ultricibus, et Nemesi Divina exagitaretur, Belgradum quantocius profugit; innocentis sanguinis per Austriam, et Pannoniam tantopere profusi reus; hinc arma Christianorum victricia, inde Turcarum Imperatoris dyras metuens, sævius et immanis, ipsisq Turcis exosus, nec aliter a Cruciatu animi quo seipsum intus lancinabat; nisi fune illo, quo postea iussu Imperatoris sui strangulatus, fœde periit, liberandus. Ponte refecto, uterq exercitus in ulteriorem Danubii ripam

Vezyrus Buda relicta, Belgradum profugit.

ripam traductus, Strigonio vicinus con-
stitit. Urbem hanc in Budam et Nova-
rinum loco opportuno ad Danubium
sitam, antiquitate, archiepiscopali et
Primaccali Ungariae sede celebrem,
a Solimanne Turcarum Imperatore, pri-
mo captam ab Austriacis, postea recu-
peratam Turcis iterum deditam, et
ab iis hucusque possesam ex consilio
bellico Rex oppugnare decreverat,
opere quidem arduo, verum sub id
tempus non impossibili; cum Turcae
armis Christianorum victricibus per-
culsi, nec subsidium facile habitu-
ri, ipsi sponte ex ea ad tutiora
secederent, defendique eam posse dif-
fiderent. Persuadebant id quoque Austri-
aci exercitus Primores, negotium
oppugnationis pro sua millitia
deposcentes: ut Poloni, toties cam-
pestri proelio profligati vel sic
aliquantulum alleviarentur. Quare
Marechallus campi Starembergius,
peditum Germanorum legionibus huc
admotis, montem S. Thomae arci op-
positum

Strigonium oppugnatur —

oppositum, primo sibi occupandum
statuit; in quem reiectis vallido
impetu Turcis defensoribus, cum
evasisset, ex 24. grandioribus ma-
chinis, arcem quatere exorsus,
adhibitis cum ignitis globorum
granatorum missilibus, irrequieta
die, nocteque tormentorum explosione,
grandem hiatum in arcis moenibus
apperuit. Quo facto, Turcae cum prae-
fecto caterriti, cumque inaudivissent
Vezyrum Buda relicta Belgradum
profugisse, sed ob id subsidiorum
destituti; Nuncio ex arcis moe-
nibus noctu demisso, captoque à Cae-
sareanis, et ad Regem ut postu-
labat deducto, in Mne eius se de-
ditionem facere velle, hisce lite-
ris ex arabico idiomate, in lati-
num translatis declararunt.

Serenissimo ac Potentissimo Polo-
niarum Regi, post obsequia nostra
humiliter delata.

Mandato tuo Rex de tradendo Strigo-
nio

Strigonio paremus ecce; ex unani-
mi Beglerbegum de Agarum nostro-
rum consensu, in N(omi)ne tuum toto Orbe
celeberrimum portas illius recluden-
do. Nec ulteriores requisitiones mo-
ramur, cum certa nos ex verbo Re-
gio maneat ratio salutis, cui in sum-
mam confisi per exhibitorem praesen-
tis scripti poscimus, ut tradito for-
talitio, cunctis cum o(mn)i habentia
ac supellectili salvis ad suos re-
dire liceat, sine ullo detrimento Im-
peratoris nostri militiae. Quod idem
ut locum tenens Generalis S. C. M.
tum alii consilium bellicum pertinen-
tes proceres praestent, prout meli-
us sua maiestati videbitur, humi-
liter supplicamus, ut sic nobis
ex incolumi hinc istic existenti-
um deductione, legitime excusatu-
ris, apud Imperatorem nostrum con-
sulere valeamus. Subscriptio erat Au-
bekir Bassa Aleppi Praefectus Stri-
goniensis. Laetus hac denuntiatio-
ne Rex Nuntio comiter habito, liben-
ter id acceptavit, ut in n(omi)ne eius de-

ditio

Strigonium in N(omi)ne Regis Poloniae a Turcis deditum

deditio ab obsessis fieret; initoq(ue) con-
silio cum Lotharingo Duce et aliis Prin-
cipibus effecit; ut Turcae incolumes
cum suppellectili sua, post Urbem ar-
cemq(ue) deditam dimitterentur. Dele-
gat itaq(ue) altera die illucescente Ni-
colaum Ztolnicki Posnaniensem,
Stanislaum Morstin Zatoriensem
Vexilliferos, ut nomine suo dedi-
tioni intercent, Urbemq(ue) et arcem
a Turcis reciperent, eamq(ue) postea
iurisdictioni Caesaris Leopoldi,
Austriacisq(ue) Praesidii Officialibus
redderent; ipse equo insidens, Prin-
cipum et Heroum militarium co-
rona septus agmen exeuntium
spectavit. Exiere tria millia
Turcarum, duo millia imbellis se-
xus et puerorum, facta quoq(ue) re-
rum suarum exportatione, quan-
tum exportari poterant, agmen
Praefecto claudente; qui fimbriam
vestis Regiae submisse exosculatus,
Budam petiit; Turcarum parte Na-

vigiis

navigiis per Danubium devecta, par-
te itinere terrestri Equitum nostro-
rum ala securitatis grãâ comitan-
te deducta. Reliquerunt abeuntes
40. tormenta bellica, annonæ et
pirii pulveris copiam abundan-
tem, ferendoq longius obsidio suf-
fecissent; nisi recens nostrorum ad
Darcanum victoria, quæ in oculis
eorum evenerat, horrendo specta-
culo animum illis eripuisset, dedi-
tionemq accelerasset. Invisit dein-
de Rex die 28ª 8bris arcem et urbem
Strigoniensem, atq in primario ar-
cis templo, quod D. Adalberto Præ-
suli, et martyri dicatum est, post-
quam a contaminatione Machome-
tica ritu Christiano expiatum fu-
isset, sacrificio altaris interfuit,
Deoq victori sollennem grãarum
actionem instituit.
Strigonio recepto, Buda in õium
oculis versabatur, quo gesta im-
mortalia Anni huius pulcherri-

mo

pulcherrimo opere coronasset; ni-
si autumni pluviis ingruentibus
aereq corupto, graves Coeli iniu-
rie obstitissent; ipso iam tempo-
re poscente, ut miles tot labori-
bus fatigatus, morbis langui-
dus, itineribus confectus, vaca-
tione obtenta, ad Stativa hyber-
na recederet. Rex quidem ingenti
animo, Budæ oppugnandæ pro-
positum volvebat, et urgebat,
sed cum post deditum Strigoni-
um, Elector Bavarus cum suis
copiis, Ferdinandus quoq Dux Cur-
landiæ et Starembergius Campi
Mareschallus ex castris abiisset,
Germanis palam dimitti poscen-
tibus, exercitu quoq Polono ad
lares Patrios respiciente; mag-
na medimenta in tempestivo
mollimine agitare destitit. Desi-
gnatis ergo hybenis, quo Exercitui

Polono

in ditionibus Cassovie, Pressovie, Bardeiovie adiacentibus; Lithuanis vero versus Transylvaniam constituta fuerat, exercitus noster in interiora Ungarie locis pluviosis, soloq ex imbribus uliginosis, iter moris borum continuas luctas. iter satis asperum et inelucabile direxit, postquam Carolus quoq Dux Lotharingie die 4a 9bris Regi valedixisset.

Nec vero discessus hic exercitus nostri, ad stativa hyberna absq memorabili opere fuit. Dedit occaonem fortibus ausis, preclareq gestorum coronidi, Setinum oppidum, alias Stephanopholis dictum, in eo tractu viarum, quo exercitus remeabat positum, quod inexpugnatum relinqui non erat visum, cum longe maiora et difficiliora felici cursu victoriarum successissent. Huc itaq speculatum primo a Rege missus est D. Athanasius Miaczenski, Prefectus Krepicensis; ut situm loci presidii robur et munimentorum rnem recognosceret, quod

quod egregie satis prestitit. Serenissimus deinde Jacobus Polonie Princeps, iussu bellicosi Patris, cum Martino Zamoyski, Palatino Lublinensi, et cum Martino Racki Castellano Leopoliensi, ac Dunevaldio insigni Tribuno Cesaris, fortiori manu oppidum propius suggressus, oia plenius et acuratius observata, future oppugnationi adornavit. Oppidum hoc muro cum fossa et aliis militaribus operibus bene munitum, octingentorum ianizerorum, et 7. vexillorum Equitibus Turcici presidio tenebat, fiducia exinde virium et spe defensionis non mutabat, quinimo missis a Serenissimo Principe, qui deditionem persuaderent, arroganter et contumaciter restitit. Ergo cum nihil minus qm de spontanea deditione cogitaret, adveniente Rege oppugnaõ eius coepta, Dunevaldio moenia et munimenta opidi, tormentis bellicis concutiente; utte Lndm nostrorum, et Cosacor: strenua opera, qmvis non sine strage militis nostri aliqua ita successit, ut Turce consternati elatis candidis vexillis in nn Regis Poloni deditionem obtulerint, incolumitateq et exportaõne

rerum

rerum suarum obtenta, oppido exces-
serint; quod in nn Regium, Comissariis
nostris, ab hoste deditum pro Cæsare
deinde Duncvalchus ab iis recepit. Itum
est deinceps ad loca exercitui nostro,
ut in iis hybernaret destinata; in
quibus copias nostras, dura rebelli-
um Hungarorum facies, et sæva hosti-
litas excepit; quæ legionibus nostris
non tm sponte quidpiam tribuere re-
cusavit; sed advenientibus portas Ur-
bium clausit, eruptiones in eos cru-
entas fecit, tormentis bellicis deto-
nuit vi, dolo, furoreq implicabili, oĩa
illis infensissima obiecit. Cum em̃ To-
kellius, et alii rebellium Ungarorum
antesignani, desperata apud Cæsa-
rem Leopoldum veniâ, quam interven-
tione Serenissimi Poloniæ Regis quæ-
sierant, capita sua proscriptionis
edicto damnari, bonaq fisco addi-
ci, ac percursoribus eorum præmia
præponi advertissent; contumaces

Ungari rebelles Polonos ad sta-tiva hyberna n admittunt. –

animos contra irreconciabiles Cæ-
saris iras gravius obfirmarunt, ma-
iorig pervicacia indurati, et usq
ad sanguinem resistere parati, Ger-
manis

se

se et Polonis opposuerunt. Prodierat
quippe nuper Cæsaris edictum quo Ni-
colaus Zrinius, Stephanus Nadasdi,
Christophorus Batiani, Petrus Fran-
cipani damnatorum olim a Cæsare
et ultimo supplicio affectorum filii,
nec non Georgius Illeschasius,
et Petrocius, aliiq complures proscrip-
ti fuere, ac exinde in rabiem ver-
si, persuadere quoq aliis, ut in-
durarent animos, Civitatumq por-
tas clauderent, nec minis nec
suasionibus permovendi. Ita Cas-
sovia Koszyce alias prævalidis
munitionibus, et præsidio trium
millium armatorum confisa, ad-
vente Regi et exercitui nostro adi-
tum negavit, vimq hostilem op-
posuit, tormentis bellicis crebro
in subeuntes explosis, et equita-
tu ex Urbe immisso; qui nostros
ferocius adoriretur, cuius oppu-
gnationem iniquissimum Anni tmpus
frigoribus intensis cum impediret,
rabida

rabida in furore suo relinqui de-
buit. Pressovia quoq in qua Rex sub-
sistere destinabat, simili oestro per-
cita, et in oẽs qui speculatum ve-
nerant, e machinis bellicis deto-
nans, apertam hostilitatem osten-
dit, qua tormentorum explosione
non nulli ex nostris propius ag-
gressi, interempti sunt; ĩr quos
cecidit hic Christophorus Modrzew-
ski, Tribunus Haliciensis, vir bello
acer, et gestis militaribus de Patria
bene meritus, qui cum fortiter qui-
dem, sed incautius Urbis moenibus
adequitat, glande maiori ictus,
gloriosam pro Deo et Patria mortẽ,
qm̃ per tot bellicas expeditiones
illaesus quaesierat in Ungaria in-
venit. Nec dispar fortuna Lithua-
nis ad Bardenum mordicus nega-
to accessu restitit. Verum Sabino-
via mitius caput inclinavit, Re-
gis Poloni benignitate illecta. Co-

mes quoq

Christophorus Modrzewski Tribunus Haliciensis ad Pressoviam intermittitur.

quoq Humanaius Ungarum suum ci-
viliter fidei Polono comisit. Levoca
ctm Polonis instantibus, in Caesaris
partes concessit. Porro Kesmarcum
Tokolliani comitatus, hereditaria
ditio Lubomirscio Mareschalci, Au-
riae Regni vim metuens, in potesta-
tem venit. Ita Poloni post annuum
obsequium Caesari praestitum, ĩr oĩa
periculosa positi, post hybernis
stationis evoluti, ab aggressi-
bus cavernis et latibulis suis
clam prodeuntibus, et mox diffu-
gientibus, more latrocinantium
varie exagitati, morbis, inedia,
frigoribus, ac tñdm in Patria au-
rae mutatiõne effligendi, ñe tñtm
instar fugientium adiisse viderentur
24. cohortibus ad Ungarum et to-
tidem Lithuanicis ad Bardeuum
relictis, ut possessionem continu-
arent, Ungaria excessere.

Per tempora haec, Andreas Potocki
Castellanus Cracoviensis cui in ab-
sentia Regis, cura securitatis pub-
lica comissa fuerat, Cameneco inten-

tus

intentus; cum latus illud Regni 20. non nisi cohortes cum Sierakovio vexilifero Belzensi tuerentur, Cosacis praesertim contra Turcas et Scythas commotis, multa egregie praestitit. Occãoe certe rebus gerendis opportuna fuerat, cum illi Turcis infensi, et victricibus Regni Poloni in Ungaria armis erecti, animos resumpsissent, iugumq barbarum excutere proposuissent; inito foedere cum Valachis et iure iurando firmando pro Stephano Petricenko Palatino Valachiae nuper a Turcis exautorato contra Ducam ab iisdem Turcis Valachiae impositum. Oderant aeque Cosaci ut et Valachi Ducam avarum, crudelem, rapacem, Stephanum vero civiliorum et tractabiliorem libenter sequebantur; quem et Potocius ipse eo reimponi, unde a Turcis motus exciderat ex Regis et Reipubli: dignitate ẽẽ censebat. Adhaeserant Cosaci Kunicio ortu quidem nobili Polono, sed

Cosaci et Valachi Duce Kunicio contra Turcas et Scythas armant.

sed diu apud eos versato; quem Rex diplomate suo Regio Ducem illis praefecerat, et amplissimis promissis, ad fortiora quoque agenda animaverat; confluebantq ad illum ĩ Ũm cis Borisstenici Cosaci, fama et praeda illecti, frustra prohibente Samuylovicio, qui Mũe magni Moschoviae Ducis Cosacorum militiae trans Boristhenem praeerat. Ergo Niemierovia primum, gravem sibi Dorohinum Duce Palatini vices gerentem, per vim exturbant, praedaq opima potiuntur; Miedryborzuum deinde et Barium tentant; sed machinis bellicis destituti recedere coguntur. Turcis interim silentibus, et stupentibus Jastovecio, Usiathyno, Corluovo, Jagielnica profugis, et Ũm e Cameneco suo prospectantibus. Sed cum Podoliae infusi, passim Cosaci grassarentur in õia, et Turcas stringerent, Praefectus Ĩndm Camenecensis, ut aliquo

Budziacenses Scythae in Volhyniam irrumpentes fusi et reiecti —

aliquo modo par pari redderet, tria millia Budziacensium Scytharum in Volhyniam irrumpere fecit. Qd postquam innotuit Potocio, cohorti, bus nostris eo propere missis, bar, baros ocyus persequi iubet, quo, rum pars caesi; pars capti, capti, vis plurimis relictis, oes in fugam acti dissipatiq sunt. Budziacensi, bus igitur Scythis, cum clade re, iectis suadente Adziegerey Hani Krimensis absentia, qui necdum ex Ungaria praeda onustus redi, gerat, Cosaci et Valachi Duce Kunicio Bialogradensi et Tehinen, ses Scytharum oras, igni et ferro vastandas, ut aggrederentur, con, silium et foedus inicere. Hum mo, tis a Soroka oppido castris, ad Scythica illa per latepatentes tractus dispersa sordida mapa, lia, speleaq ritu barbaro extructa, unde rupi rapaces erumpunt, qui ditiones Polonas, prope annuatim depraedantur.

ut

Cosaci et Valachi Bialogradenses Scytharum oras igni ferroq depopulant.

ut victimas Christianorum vel mactent, vel Constantinopoli venum exponant. Hic oia superinfusis Cosacis et Valachis igni correp, ferroq excisa miserabile specta, culum edidere, quale illi apud nos fre, quentius edere solent, momi suo experti; quam funestum sit, cum flammis oia de, poscentibus, Illium ardet vel cruentis cae, dibus madet. Trucidati sunt in rogos illos ardentes barbari, cum coniugibus et liberis, ac mancipiis suis, strage nume, rosa et nimium horrenda, haustiq in ore gladii cecidere immanes illi Praedo, nes; quibus nihil lubentius, quam per Russiae Provincias grassari, gregesq cap, tivorum in Tauricam abiere. Atrocia haec, et raro apud eos visa, excivere Undm Turcas et Scythas ut tantis caedibus occurerent, et in aciem prodirent. Cosa, cis quoq et Valachis, non illibenter proelium deposcentibus, cum praesertim hyems saevissima instaret, cunctaq al, tis nivibus, usq ad genua decertanti, um compleret. Ergo die 4ta 10bris ipso fe, sto D. Barbarae Virginis et Martyris, ad acerrimi conflictus Scenam horri, bilem ventum. Nam quotquot erant in partibus illis spachi, sive Equites Tur,

cici

Prœlium Turcarum et Scytharum cum Cosacis et Valachis.

Turcici, ianizeri, et Scythé numero prope 30. millium; in Cosacos et Valachos magno furore invecti, collatis signis, aliquandiu marte dubio decertarunt, sed mox robur Cosacorum, fortissime pugnantium, et ex adverso irruentium, ad Tylgrotinum non sustinuere; quorum vi et pugnandi constantiâ tota acie pulsi, et in fugam acti, atq in ea ob impedimenta cæsi, profligatiq nimium cruenta strage cadaveribus densissimis; ad 4. milliaria campos patentes constratos reliquerunt. Occubuere in hoc conflictu Prefectus Theginensis et alter Bialogrodensis, decem Mursæ Scytharum capti, Chalibeius, qui 100. millia imperialium lytri pro se dimittendo offerebat, īr manus contendentium trucidatus, reliqui turpi fuga elapsi, ad nuntiandam aliis adeo ingentem suorum cladem evasere. Sanguinolenta hæc cædes, et raro in iis partibus visa, tanto mirabilior

mirabilior fuit, quod nullo ex Cosacis et Valachis amisso, hostium interitu mxo constiterit, barbaris ceu fulmine perculsis, menteq prope emotis; cum domi suæ Thragicum opus hoc ipsi exhorrescerent nec caperent ruinam suam inopinato excidio, ceu subita voragine absorpti. Nuntiata hæc Regi triumphalium eius gloriam, et lætitiam auxerunt. Moschi quoq dolosa cunctatione ūum foederatorum īr Cæsarem et Regem Poloniæ, contra Turcas armorum eventum aliquandiu expectassent; cumq per exploratores suos exercitui nostro ad Viennam tacite immistos, celebrem illam victoriam oculis lustrassent; licet induciis cum Turcis rapide pacti, et quidem iniquis conditionibus cum eis Boristhenicos Cosacos dominio eorum subiecerint, ad quos nihil iuris habebant; cum tn induciarum nobiscum tmpus hoc Anno effluerct, ad condictam hac super re mense 9bri commissionem Kadzini loco opportuno in

Comissio cum Moschis Kadzini designata et mox cœpta.

in confiniis ad id delecto, Comissarios
suos nimirum Jacobum Odeszewski
Basilium Galiczyn, Joannem Trackie,
wicz, Gregorium Puskin submissere. Mi,
sera rerum facies apud eos iam tum
incipiebat, atroxq intus lanigena;
cum post Alexium Michaelis, magnum
Moschoviæ Ducem, et post Theodorum
filium eius, ex occaõne Joannis, et
Petri Theodori filiarum, ex diversis
quidem matrimoniis, sed ad ius do,
minii pari iure spectantium, tur,
bulentu capita ansam aripuissent;
pro alterutrius Principatu nimium
zelandi, et in contrarias partes, va,
stissimas illas Provincias scinden,
di, quod deinceps quam Tragica
et quam immania subsecuta sint,
Anni consequentes in apertum de,
dere. Cæterum ad Comissionem Ka,
drinensem, eo se animo venisse
proferebant, ceu in societatem ar,
morum, contra Turcas nobiscum
ituri, forsan sub hoc prætextu Pro,
vinciis illis inhiantes, quas postea
per

per tractatus conclusos, a Regno et
M. D. Lithuniæ auulserunt sed nihil
memorabile contra Orientalia arma et
potêam Tauricæ prosliterunt. Ade,
rat interim Tempus, ut infestis Unga,
riæ et terris et animis contra Cæsa,
rem obstinatis, Rex valediceret, ex,
pectante Patria, regnoq anxio quod
desideratissimi Principis tam diu
præsentia careret, indignum et do,
lendum ēē ratum, quod Augustum
illud, orbiq dilectum caput, in tot
discrimina versaretur. Ergo ut pri,
mum innotuit Regem adventare, et
iam confiniis Poloniæ appropinqua,
re Regia consors cum aulico Comi,
tatu occurrit illi in oris Scepusi,
ensibus; cum qua deinde Rex die
23a 10bris Cracoviam venit; exceptusq
in Cathedrali Basilica Cracoviensi,
ab Andrea Załuski, Episcopo Kiiovien,
si salutatorio oris disertissimi elo,
quio; post decantatum in conspectu Dni
solennem grãarum actionis hymnum,

Joannes Rex ex Ungaria dux Cracoviam venit.

in palatio

palatio Regali post tot belli incom„
moda, coronatam tot victricibus lau„
reis maiestatem reclinavit. Advola„
verunt mox Cracoviam, multi ex se„
natu, et ex proceribus Regni, ad sa„
lutandum Regem, feliciter reducem,
quos eadem comitate, et admissio„
nis graā dignatus est, qua ante
hanc memorabilem victoriam digna„
ri consueverat; constanti Regalis
animi modestia, nihil fortunæ vel
bellicæ fortitudini, oīa Dēo bonorum
auctori humiliter tribuens. Sub id
tempus percrebuerat fama de Obi„
tu magni Herois, Nicolai Sieniaw„
ski, Exercituum Regni Campiducto„
ris Palatini Volhyniæ, qui continu„
is expeditionibus bellicis, et infirma
valetudine fractus, post impensam
sat gloriose contra Turcas rei Chri„
stianæ operam, in aditu Patriæ, ni„
mirum in Urbe primaria Scepusien„
si Lubownia dicta, diem vitæ extre„
mum clau„
sit;

Nicolaus Sie„
niawski, exerci„
tuum Regni Cam„
piductor in Scep„
pusienti tractu
Lubownie morit.

clausit; cuius filio Rex virtutem he„
roicam Patris optimus æstimator,
relictarum cohortium Tribuni mili„
taris dignitatem contulit; Clavam
vero Exercituum Regni Campiducto„
ris, ut Andreæ Potocio, Castellano
Cracoviensi differet, ingens meri„
torum eius gloria, et impensus nu„
per ad Viennam cum filio san„
guis effecit. Postulabat quoq eo
tempore iusta Nemesis Divina,
ut Mustafa magnus Turcarum
Vezyrus, post Viennensem et Stri„
goniensem cladem, immanissimæ
crudelitatis pœnas lueret. Origo
natalium eius in Albania, viro„
rum fortium Matre fuerat, pug„
nacissimi animi genius, potissi
mum in expugnanda Candia enitu„
it: vasta gerendorum capacitas,
et nimium audendi sæva cupido,
licet ferrum, et crudelem, pluri„
mis tn̄ officiis publicis perfunc„
tum,

perfunctum, vezyrum cum fecerat; vel
ipsa feroci rabie, auctoritatem illi qm„
vis extortam, apud barbaros concili„
ante. Ovidium Viennæ, quod appeti„
erit, doluit in extremis, quod illi
probrum, et exitium adtulit. Exar„
cerbaverat quippè Machometem Tur„
carum Imperatorem, non tm gemi„
nata amissi exercitus strage, fa„
stu quoq insolenti et nimia opum iac„
tantia cum absq impensis Imperato„
ris, gerendo cum Christianis bello
sufficere se ex proprio peculio posse
Constantinopolum arrogantius scrip„
sisset; idq illi funestum vitæ exitum
accelleravit. Nam Imperator missis
Belgradum tristibus literis, obtor„
to per lictores collo, receptoq prius
sigillo et vexillo, strangulari eum
mandavit. Quod factum est, etiam
sica in pectus adacta, qua trans„
fixus ferro et laqueo periit, nomi„
ni Christiano infensissimus hostis,
ipso die sacratissimo natalis Chri„
sti Dni. quia oportebat antichri„
sti emisarium

Mustafa Turcar: Vezyrus Belgradi iussu Imperatoris strangulat ipso die natalis Chri„sti Dni —

183

193

emisarium minui, Christum aũ crescere.
Porro Cracoviæ triumpho Regio die 27a
10bris S. Joannis Evangelistæ festo,
A nñe gratissimo insignita, ab urba„
no magistratu delecta, Rex et Re„
gina, magno senatorum et aulicor„
comitatu, ad Basilicam Deiparæ
Virgnis Mariæ in Circulo Cracoviensi
descendit, sacrisq interfuit; occurren„
tibus ipsi, et deducentibus victori„
osissimum Principem Urbanarum
tribuum cohortibus iuxta ordinem
suum dispositis. E templo ad ædes
Tucianas. ex opposito prætorii di„
vertens, ibidem dapsili mensæ ur„
bano sumptu instructæ, cum Regina
assedit, expectavitq nocturnum tri„
umphale spectaculum, dignum sa„
ne tantarum maiestatum oculis,
et rerum gestarum magnificentia
Tria nimirum theatra in foro Cra„
coviendi excitata fuere, in quorum
primo Serenissimi Regis statua Eque„
stris cum evaginato gladio affabre
facta visebat

Die 27a 10bris in fe„sto S. Joannis Evan„gelistæ triumphus Cracoviæ.

visebatur, sub equi Regii calcaneo,
Turcis captivis fœde iacentibus.

Ignium triumphalium spectacula.

In altari Serenissimi Jacobi Poloniæ
Principis, equestris itidem statua,
cum Scluni eius auspicii capti
repræsentatione cernebatur. In ter-
tio Vienna ab horribili Othomani-
co Dracone cincta et obsessa,
luctuosam eius speciem refere-
bat. Spectacula vero nocturna,
ab operibus pyrobolaribus cœp-
ta igneis missilibus in sublime
provolantibus, literas nominis Regi
in aere artificiosissime exprimebant,
tormentis undique detonantibus, et
frequentissimo populi concursu,
licet dies illa, et nox nimium
pluviosa fuerit, Principi suo de-
sideratissimo, et victoriis eius
applaudente.

Casus funestus in nocturna spectacula.

Verum mox tristia læ-
tis successere, casusque funestus sin-
cerissima gaudia interturbavit, cum
disruptis, ob nimiam nitrati pul-
veris copiam, missilium granatorum
segmentis

segmentis, 6. ad mortem ex spectato-
ribus vulnerati, ac brevi defuncti,
alii graviter mulctati fuere; segmen-
to ferreo etiam in ædes ex quibus Rex
et Regina prospectabant involan-
te, muroque notabiliter læso, horren-
da sui vestigia relinquente; quo ca-
su commoti Principes, non expecta-
to ludicrorum fine, animoque turbati,
ad Palatium Regale discessere. Ita
nihil in rebus humanis securum,
nec ullum in mundi hilaria ple-
num gaudium, vicissitudine rerum
et casuum mortales admonente,
ne prosperis nimium fidant, nec
adversis extreme dejiciantur. Tri-
umphali hoc Anno etiam in Uni-
versitate nostra solennes actus non
defuere; quorum primus die 6ta 9bris

Clarissimi viri Sebastiani Piskorski pro loco inter Juris utriusque Doctores celebris responsio.

responsione pro loci inter claris-
simos Juris utriusque Doctores Seba-
stiani Piskorski in Collegio Jure Con-
sultorum Professoris. Archidiaconi
SS. Omnium viri præstantissimis animi
dotibus, et institutione ducum Ra-
dzivillorum
cele-

celeberrimi in conspectu magnorum
et illustrium hospitum, ac praecipue
Serenissimi Alexandri Poloniae Prin„
cipis inclaruit; in quo actu ad Se„
renissimum Jacobum Poloniae Princi„
pem, licet absentem per respon„
dentem pro loco Clarissimum virum
directa oratio, quam terso et ele„
ganti stylo, panegyres eiusdem
Principis complexa fuerit, typis
vulgata ostendit. Subsecuta mox
die 9na eiusdem mensis, pro lo„
co ir Sacrae Theologiae Doctores, in„
comparabilis viri Martini Wink„
ler Decani S. Floriani Responsio,
eiusdem serenissimi Alexandri
Principis augusta praesentia, ac„
tus dignissimi decus, et glori„
am meruit; stupendis oibus ab
oris Vinkleriani aequè erudita, ut
et dulci facundia, quae in tanquam
augustissimi Regii sanguinis feli„
ci informatore, simul augusta et gra„
tiosissima regnat. Post haec erudita
hilaria

Perillustris Martinus Winkler, pro loco ir S. Flo: obtinendo dignissime respondet.

hilaria, mors quoq lugubria sua ad
finem mensis 9bris n omisit, summi
mnis et meriti viro, Andrea Grabia„
nowski Juris Utriusq Doctore, Canco
Cracoviensi e vivis sublato. Utrasq
ille Philosophicas laureas, in Univer„
sitate nostra prensaverat, tertiam
Romae Juridicam. Ex notario Consis„
torii Cracoviensis, Collega minor,
et deinde Jure Consultorum factus,
post obtentum ir Juris Utriusq Do„
ctores, in Universitate nostra locum,
et post diuturnos in Professione Ju„
ridica, ac fidelissimos labores, ad„
scitus ab Andrea Trzebicio Episco„
po Cracoviensi in generalem Carum
Auditorem, et post Canonicatu Cra„
coviensi ornatus, Collegio iure con„
sultorum renuntiaverat, vir legum
et Canonum peritissimus, iudicio
et praxi iuridica magnus, pie„
tate in Deum insignis, eleemosi„
nis in egenos manificus, constan„
tiaq virtutum gloria usq adeditum
vita spectatissimus, atq in eximiis
ex

Magni viri Andrea Grabianowski Canonici Cracov: obitus. —

ex sanguine suo viris, quos bono pu=
blico sancte educaverat vivens adhuc,
et n̄ris immortalitate superstes. Sed
coronet iam annum hunc, supremus in

Innocenti XI. Pon=
tifex Mxi: et Emi=
nentissimor. S.R.E.
Cardinalium pro con=
tinuando contra Tur=
cas bello zelus.

Orbe Christiano Coronarum arbiter, In=
nocentius XI. Pontifex M̄xūs, qui ob fe=
lices anni huius Christianorum ex
Turcis victorias, incredibili laetitia
diffluens, ut coeptum hoc sacri foede=
ris opus continuari posset; 100. millia
talerorum Imperialium ad impensas
bellicas obtulit, illudq sat memorabi=
le addidit, paratum se esse mitram
suam popalem oppignorare ut arma
foederatorum Principum in prosequen=
do bello non desistant. Seculi Pontifi=
cale exemplum Eminentissimi S.R.E. Cardi=
nales 250. millium summam, ad eos=
dem sumptus bellicos contulere; īr quos
Cardinalis Ludouisius, totam suppel=
lectilem suam argenteam, cudendis num=
mis pro hoc bello ad officinam mone=
tariam deferri iussit, vix extreme neces=
sariis usui suo relictis. Ita ferventissi=
mo zelo pro re Christiana, dum Romae
agitur foederati quoq Principes, ab ar=
mis preparandis, et prosequendis non

desistere

desistere; praesertim cum Serenissima
Venetorum Respub: spontanea ad hoc
sacrum foedus accessione sua, ingens
rebus gerendis momentum addisset, qd
ex anno subsequenti patebit.

Annus Christi 1684.

Felix anni huius principium, a salu=
tatione Regis Serenissimi Universitas
nostra exorsa, auspicato rerum omi=
ne consignavit. Designaverat Princeps
ipse diem hanc primam Januarii, fe=
sto Circumcisionis Dn̄i solennem; qua
in Regali Palatio, Universitatis fa=
ciem togatam humanissime excepit;
salutatus graviter et diserte a Ja=

Serenissimum
Regem Joannem
Universit: Crac:
salutat.

cobo Baltazarowicz Canc: Crac: Re=
ctore Universitatis, datoq per Joan=
nem Wielopolski, supremum Regni
Cancellarium digno tta maiestate
responso panegyres a Professoribus
nostris in honorem triumphalium
suorum typo editas, sereno et placi=
dissimo vultu acceptavit. Non nega=
vit quoq Serenissimam praesentiam su=
am, trium in Universitate nostra

S. Th:

S. Th: Professorum, in Doctores Theolo-
gos celeberrimæ promotioni, quæ in
Diem 27. Januarii D. Chrisostomi,
Ecclesiæ Doctoris festo insignem op-
portunè inciderat; cum Joannes
Michalski Præpositus S. Floriani,
Jacobus Baltazarowicz Cancus Cra-
coviensis et Franciscus Przewoski,
Decanus S. Annæ, per Martinum
Winkler S. Th: Doctorem, Decanum
S. Floriani, Doctorali laurea The-
ologica in Ecclesia Collegiata S.
Annæ, ritu solenni coronati fu-
ere. Aderat tum magnus hic tri-
umphator, et victoriosissimus Prin-
ceps, splendidissimo Principum
in repub. virorum agmine cinctus,
probavitque actus illius dignitatem,
disputantiumque in eo, et respon-
dentium eruditos conflictus. Quin
et humiliter a nostris invitatus,
ad Collegii maioris commune Coena-
culum, non gravatim descendit, atque

ex

Solennem tri-
um in Universi-
tate Cracov. Pro-
fessor: in Docto-
res Theologos
promotionem, au-
gusta praesentia
sua Rex serenis-
simus exornat.

ex bellariis appositis aliquantulum
libavit; ut benevolentiæ suæ Regiæ, sin-
gularem in nos affectum etiam hoc li-
bamine testaretur. Multa deinde a-
nimo volventem, et cum Proceribus
Regni, qui tum adfuerant, sæpius
consultantem, in gratulatorios
applausus, tota quæ nuntiabantur
exhilaraverunt. Ac imprimis de tri-
duano Cosacorum cum Turcis et Scy-
this prospero in Dacia conflictu, et
de Duca Palatino Valachiæ profli-
gato a nostris, captoque quod sane
memorabile fuerat. Cum enim Cosa-
ci cum Valachis, qui pro Stepha-
no a nostris in Palatinatum Va-
lachiæ inducto militabant, Bialo-
grodenses et Theginenses Scythas,
partim igni ferroque depopulati, par-
tim in proelio ad Zygrodinum supe-
riores clade gravissima attrivissent,
iterum cum iis ad Traianum Daciæ vil-
lam acie congressi, continuato per tri-
duum circa festa Natalis Dni proelio,

superatos

Ad Traianum villam
in Valachia, Turca
et Scythæ iterum
a Cosacis fusi.

superatos, et cæsos, relictis machi-
nis bellicis in fugam reliquos turpi-
ter dilabi coegerunt, idq absente
Kunicio: qui ex altera parte circa
sedem Valachiæ Jassi dictam, in rem
Stephani Palatini cum nostris mo-
rabatur. Inde vero cohortes Polono-
rum Dimidecio Ductore earum
forti et strenuo, dum revertuntur,
incidentes fortuito in Aulicum Duca
Palatini Comitatum, qui ab eo in an-
tecessum præmissus fuerat, colla-
tis signis facile superiores eva-
sere; edoctiq ex devictis aulicis,
ipsum quoq Ducam prope adesse, ci-
tato occursu, dum in eum vali-
dius invehuntur, prœlio victum,
captumq in potestatem suam re-
degere. Is certe Palatinus multæ
apud Turcas æstimationis fuerat, cu-
ius sorti calamitosæ indolvere, Cosa-
cis bene cœpta prosequentibus, Scy-
tharum et Turcarum gravi terrore; quos

non

Duca Palatinus Valachiæ ab exercitu Polono victus et captus.

non arma tantum externa, sed interna
quoq dissidia atrociter lancinabant.
Ferebatur enim non Cairi tantum in Ægypto,
sed Alepi quoq Babilone et in Meso-
potamia Peloponeso, Albania, Dalma-
tia, populos passim tumultuari nec
imperatos sumptus, ad bellum contri-
buere velle; quod tanti exercitus im-
mensis per triennium sumptibus,
collecti in Austria et Pannonia una
cum Vezyro misere interiissent. Nec
minus læta ex gestis ad Ungarum
in Pannonia referebantur, ubi Tokol-
lius magnates Ungariæ Catholicos,
cum Episcopo Nitriensi et præsi-
dio nostro, per submissas a se re-
bellium copias obsideri fecerat, sed
probro suo, et irrito eventu. Vicit
enim Magnatum et præsidiariorum
egregia virtus et constans fortitu-
do vim malignam, et furorem obsi-
dentium; qui strenua defensione, et
eruptionibus magno animo factis,
turpiter reiecti sceleratos ausus,
soluto tandem obsidio, cum notabili
clade sua reliquerunt. Cum tamen lætissi-

mum

Graves in Turcarum Imperio populi sediliones.

Rebelles ad Ungarum in Pannonia a nostris cum clade reiecti.

Nuntius Serenissi: Reipub: Veneta cum literis ad Regem Cracov: venit.

latissimum Regi, et toti Christianita-
ti fuerat, cum die 27. Januarij a Serenis-
sima Republica Veneta Nuntius festi-
nans intra quadriduum Venetiis itine-
re Cracoviam advolasset, literas vene-
rationis plenissimas, ad Regem deferens:
in quibus potentissima illa Respub:
animum suum ad foederatorum con-
tra Turcas armorum coniunctionem
mxe propendere exprimebat. Le-
git eas Rex cum singulari iucun-
ditate, novamq virium accessionem
ad convellendam Othomanicam
potentiam, et sibi et rei Christianae
gratulabatur; considerans Sere-
nissimae illius Reipub: vallidum
terra mariq robur regimen sapi-
ens et circumspectum consilia
prudentissima, aerarium nervo bel-
li aliunde sufficiens, magnitu-
dinem animi rebus gerendis pa-
rem. Apparebat certe in literis,
qntum bellicosi Regis Virtuti, for-
titudini, et sapientiae deferrent
quam sponte et libenter ad hoi sa-
crum

sacrum foedus accederent qntmvis
adeo diuturnis, in defendenda Candia,
sumptibus exhausti, gnariq qntae
molis id futurum eet, quod ultro de-
poscebant excitati magnitudine
rerum gestarum tti Principis et glo-
ria, eiusq nutum et sensum hac in
re expectantes ad õia, quae tanti
momenti opus concernerent, iuxta
Regale ipsius arbitrium suscipien-
da, et exequenda parati, retulerat
quoq idem Nuntius Regi Serenissimo
quod Divino plane instinctu, incly-
ta illa Respub: huc animum inclina-
verit. Resistebat quippe Serenissimus
Venetiarum Dux foederi huic ineun-
do, et proposita Senatus morabatur;
sed tndm voluntate Divina, in ip-
so consiliorum huiusmodi aestu mor-
te sublatus, liberum Senatui decer-
nendi campum reliquit, post cuius
obitum intra 6. dies armorum coniunc-
tio decreta, feliciter successit, visumq
est oibus, ut quantocius maiestati
Regiae denuntiaretur. Ergo Rex novo
hoc foedere, ad augusta martis opera
tanto magis erectus. Cracovia disce-
dens

discedens militaribus copiis ad-
augendis et aliis castrensibus
praeparamentis tanto bello neces-
sariis totus incubuit. Veneti quoque
cognita Regis voluntate, ad appa-
ratum bellicum, terra marique con-
quirendum serio conversi, cum Mo-
rosinium supremum belli huiusce
Ducem constituissent, germanum
eius fratrem Extraordinarium ad
Regem Poloniae Legatum, ex digni-
tate tanti Principis, et tanti ne-
gotii mittendum esse censuerunt.
Venerat ille in Poloniam mense
Junio, et circa festum S. Joannis
Baptistae Cracoviam divertens,
Universitatem quoque nostram invi-
sit, actuique philosophico diebus
sabathinis ordinaria disputatio-
ne instituti solito, per summam
humanitatem interfuit. Vir erudi-
tionis, prudentiae dexteritatis et
aliarum

Morosini extraordinarius Venetorum Legatus, ad armorum foedus contra Turcas ineundum in Poloniam mittitur.

aliarum dotum praecellentiâ ornatissimus, ac vere magnus ad tantum
Principem Legatus. Expectabat illum
Rex ad initium mensis Julii in Villa
Wysocko dicta, Jaroslaviae vicina, ut
cum sub tentoriis Regalibus honorificentissime exciperet, plurimis Regni Proceribus huc invitatis, et hastatis cohortibus accitis; ut magnificentissimo occursu introduci posset.
Exhibita hic illi splendidissima rerum
facies, data omnis laetitiae signa, inita
cum eo belli suscipiendi, et prosequendi rationes, communicata consilia, stabilita foedera, idque a Rege impetratum, ut uterque Legatus Caesareus nimirum et Venetus proficiscentem ad opus bellicum comitarentur
intereessentque omnibus, quae ab eo contra
Turcas et Scythas ad Camenecum
hoc anno gesta fuere.

Summo honore a Rege sub tentoriis excipitur.

Adverant quoque eo tempore Zaporovi-
ensium Cosacorum Legati, Regi de-
nuntiantes quod armistitio cum Scy-
this interrupto et penitus convulso,
eorum se Regionibus cum Cosacis Da-
nensibus populabundi infudissent,

Cosacorum Zaporoviensium ad Regem legatio.

quodque

Scytharum in Tauricæ modus.

quodq Hanus Scytharum inde exter-
ritus, ad Imperatorem Turcarum Con-
stantinopolim scripsisset, se bello im-
minenti cum copiis adeê non posse,
cum hostes intra viscera Taurico
habeat, quodq ipsi etiam Scythæ ad-
invicem tumultuentur, et ad id
conspirent, ut Hano priori a Tur-
cis exautorato Dominium resti-
tuant. Hac rerum opportunita-
te Rex utendum ratus, Exercituum
Regni Ducibus, cum militia Polona
iam contra hostem procedentibus,
in Lithuaniam quoq missis urgen-
tibus Litteris, ut Sapieia Palatinus
Vilnensis exercituum Lithuaniæ
Supremus Dux castris se Polonis
quantotius coniungeret instituit:
Nam Joannes Oginski Palatinus
Polocensis Exercituum Lithuaniæ
Campiductor, morbo lethali in Pan-
nonia contracto post egregia
bellica merita, et heroica opera,

Cracoviæ

Cracoviæ obierat. Interim Rex contra bar-
baras gentes pro defendenda Christia-
nitate profecturus, ut Apostolicam be-
nedictionem consequeretur, sacra mune-
ra ab Innocentio XI. Pontifice Mâo, sibi,
Regiæq consorti suæ missa, ritu solen-
ni recipienda statuit. Factum id die
25ta Julij in Ecclesia Zolkieviensi, actu
satis celebri, per Nuntium Apostoli-
cum Palavicinum, qui Regi quidem
Crucem auream benedictam, gemmis
pretiosissimis coruscantem, gladium
quoq benedictum, magno auri et gem-
marum pondere exornatum: Reginæ ve-
ro rosam auream benedictam gemmis
itidem pretiosis distinctam, nomine Sum-
mi Pontificis reddidit, paternoq ipsi-
us corde, et oraculo utriq benedixit
ut Rex in hoc signo Crucis, quod Con-
stantinum Magnum de Maxentio tri-
umphare fecerat, Crucis Christi inimi-
cos vinceret, et gladio benedicto ac-
cinctus prœlia Dñi feliciter cœpta
continuare. Regina vero Rosas pro eo be-
nedictas devotæ orationis in Cœlum
mitteret; vicissimq corda superum ad tri-

Ab Innocentio XI. Pontifice Mâo, bene-
dicta et pretiosa munera sibi mis-
sa Rex et Regina ritu solenni reci-
pit.

buendas illi

illi victoriarum coronas, odore suavi-
tatis inclinaret.

Instante iam profectione, cum ea quae
usui bellico forent, solicite curant-
ur relationibus in Italia, Typis im-
pressis ad Regemque transmissis, res
nova et subito laetitiae plena, sed
mox ut patuit evaniola, et faci-
le in irritum dilapsa prorupit.

Rumor de Regiis Aethiopiae contra Turcas valida expeditione, sed evanidus.

Referebat scriptum illud Regem po-
tentissimum Aethiopiae, qui vulgo
Joannes Presbyter dr. expeditione
contra Turcas suscepta, 400. arma-
torum millibus, quibus filium, et
socerum suum praefecerat, Provin-
cias Othomannici imperii aggres-
sum in confiniis Aegypti ditissi-
ma et munitissima loca Habest.
Zerbit, Gesan, et alia per summam
vim expugnasse, et in sola Civita-
te Habesl 100. millibus hominum
interfectis, ingenti praeda potitum,

600 prope

prope hnum millibus ob armorum
eius poteam Cairum confugientibus,
ab hac vatissima et opulentissima
Urbe, non longe iam cum Exercitu
abesse. Addebat quoque rumor ille,
scripsisse eum ad Regem Persarum,
ut coniunctis secum copiis Turcas
opportune aggrederetur, Babilo-
nem inique sibi ab iisdem ereptam
vindicaret. Erexerat fama hoc a-
nimos Christianorum, in spem ma-
gni solatii, rebusque contra Turcas
gerendis, stimulum ingentem ad-
diderat, sed ut in certis relationi-
bus ut vulgata sparsaque sensim
tandem resedit, et cum brevi gaudio
disparuit. Certioris et propioris
laetitiae res ea fuit, quae per Ja-
blonovium, Supremum Exercituum Re-
gni Ducem, contra Turcas et Scythas
circa Zuaniec et Camenecum gesta,
Regique denuntiata, omnium cum eo ani-
mos exhilaravit. Postquam etiam
Jablonovius cum parte copiarum

Cameneco

Cameneco appropinquasset ut primum certis Nuntius ad eum delatum est, aliquot millia Turcarum et Scytharum transmisso Tyra flumine ad succurrendum presidiariis Camenecensibus, advertare; conversis illico huc copiis agmen illud 5ta Julij assecutus, totoque impetu in confortissimos irruens, postquam aliquandiu restitissent, plurimis eorum in acie cæsis, reliquos in fugam egit, curribus annona onustis, et reliquis hostium spoliis in potestatem receptis. Ex hac clade, qui Camenecum profugerant Turcæ, cum Urbis Prefecto Scytharum cohortibus, quæ trans Tyram remanserant confisus, aliquot centena presidiariorum Turcarum, cum mille aggrestibus, habitu militari doloso, stratagemmate instructis, ut tanti damni ultionem tentaret, contra Jablonovium expedivit; sed rurales illi bubulci, postquam in conspectum militiæ Polonæ venissent, animo deiecti rusticitatisque suæ conscii, moxque trepidi, et in acie succumbentes, Heroum nostrorum manu fortissima

Die 5ta Julij Turcæ et Scythæ, comertium presidiariis Camenecensibus subvehentes ab exercituum Prefecto Jablonovio cæsi, iisque et Commeatus receptus.

fortissima ad unum cæsi sunt. Turcæ vero prout rei militaris peritiores ad munimenta vicinarum rupium confugientes continua glandium explosione, strenue sese tutabuntur: donec nitrato pulvere penitus destituti, alii cæsi, alii porro, pe 300. in vincula ducti miscre consumpti sunt. Successit mox die 8va Julij, Herois fortissimi Krzerouscii et militiæ Polonæ virtus, Turcas et Scythas invicto robore fregit, fugientesque versus Camenecum persecutus, Thesaurarii Curiæ felix non dissimilis, victoriæ eventus. Resciverat ille Abhuscin Bassa, commeatum presidiariis Jastovecensibus submitti, Turcarum et Scytharum armato comitatu, ei ad defensionem addito. Expeditis proinde militum suorum copiis cum duobus tormentis campestribus, aggredi eas iussit; ipse cum

Die 8va Julii Krzerouscius Thesaurarius Curiæ, Turcas et Scythas commeatum Jastovecensem presidiariis deducentes vicit, commeatusque potitus.

cum reliquis cohortibus per sylvas
contendens subsequebatur, ut anteceden-
dentibus subveniret; cumque ex tormen-
torum sonitu intellexisset promis-
sos à se, et iam cum Turcis congressos
rem non impigrè agere; ipse quoque celeran-
tis passibus, e sylvis eluctatus, cum
longe validioribus prœlium iniit. Du-
ravit non nihil acer conflictus, sed tandem
ingens animus Rzewuscii et militiæ
Polonæ virtus, Turcas et Scythas
invicto robore fregit, fugientesque ver-
sus Camenecum persecutus, totum
illum tractum, fœdis interfectorum
cadaveribus, vulneratorumque numero-
sa strage complevit, opimo quoque
commeatu potitus, et captivis ab-
ductis; ex quibus duo Præfecti iani-
zerorum præcipui fuere, ad Regem
postea transmissi cum aliis, in si-
gnum obtentæ victoriæ, pro qua
et simul pro exercitu Turcico, in Pan-
nonia propè

propè Budam, die 12a Julii a Chri-
stianis profligato, in basilica Zol-
kieviensi Rex cum Regina immor-
tali Deo, solennes gratias egere.
Carolus quippe Lotharingus, exer-
citus Cæsarei Dux Generalissimus,
Vacio et Vicegrado in Pannonia
a Turcis recepto, cum versus Bu-
dam, cuius obsidium animo pro-
posuerat, prævalidis copiis ni-
sus contenderet, armorum eius
potestà et nuperrimo felici succes-
su Turcæ perculsi. Pestum quod
Budæ per pontem Danubio su-
perimpositum iungitur, deserere
statuunt, Budamque totis viribus
tueri. Accelerat hoc consilium
exequi Cæsareanis instantibus,
et iam oppugnationem adornan-
tibus, moxque castello illo succenso,
transmissisque in alteram Danubii
ripam copiis pontem quoque demoliri
cœperant,

Pestum Turcæ de-
serunt, et suc-
cendunt.

coeperant, totumq haud dubiè demoliti fuissent, nisi superve= nientes Cæsareani dimidiam e= ius partem armata manu vindi= cassent. Ergo Postum a Turcis de= sertum, cum in Cæsareanorum po= testatem venisset, muniri illud Dux Lotharingus illico iussit, to= to peditatu, festinatis per tri= duum operibus id agente; ut val= lo firmiori, novisq munimentis, contra vim hostium, si quæ ingru= eret, cingerent. Hoc expedito, por= tes geminos transmittendo exer= citui opportunos, unum in insu= la S. Andreæ, alterum infra cri= gi fecit; nec distulit per eos se= dulam transmittendi exercitus curam, ut obsidendæ Budæ gran= de negotium quod intendebat, quantocius urgeret. Actum id 9na Julij

9na Julij, et aliis consequentibus diebus, quibus legiones Austriacæ cum toto ca= strensi apparatu transmitti coepte Sntm in ulteriore Danubii ripa consistere; car= ragos castrensis cum magna parte impe= dimentorum, in insula S. Andreæ subsiste= re coacta est, quandoquidem ob angu= stias temporis, et continuam legionum transmissionem cum oneratis machinis et curribus, superare Danubium celeri= us non poterat. Eluctato 12. Julij trans Danubium Austriacæ copiæ, cum expli= catis ordinibus, agmina sua necdum disposuissent ab exploratoribus præ= missis et excubiis castrensibus ~~ab explo= ratoribus præmissis~~ subito nuntiatur, hostem cum exercitu instructo, iamq ~~iam~~ ad ineundum prælium parato, adeo qua= re Lotharingus acie suorum, ut temporis ratio permiserat, hosti obviam prodit, legionesq procedere iubet, quamvis nec= dum plene ad repentinum conflictum expeditas. Locus erat pugnæ idoneus inter Danubium, et stagnum grande conses= sum potius campestri planitie sen= sim latius exporrecta, diducendisq vel contra=

12. Julij Turcæ pro= pe Budam ab exer= citu Christianorum victi fugatiq —

contrahendis Ordinibus, prout res po-
stularet, commode suffectura. Divi-
serant porro Turcæ exercitum suum
in duas partes, quarum prima fron-
tem Cæsareani exercitus aggrederen-
tur, altera per uliginosos tractus,
castra eorum à tergo invaderent.
Sed Lotharingus tempestive provi-
dit valido peditatu hic opposito,
et machinis bellicis, contra vim,
et dolosam hostium irruptionem col-
locatis. Primus Turcarum Impetus
in Cæsareanos, summo nisu et au-
su efferbuit in quorum obvias co-
hortes, quæ ex sclopetariis, et de-
sultoriis militibus constabant, ra-
bido furore dum invehuntur, fortiter
ab iis plumbea grandine excepti, post-
quam ex confertissimis, crebro glandi-
um ictu, plurimi audaciores ceci-
dissent, signa reliqui, metu percul-
si retrovertere coeperant, sed rursum

in aciem

aciem provolantes, ut densata Ger-
manorum agmina perrumperent,
toto barbari Martis robore tenta-
verant. Cædes hic iterum et cru-
enta Turcarum reiectio, ac prope fu-
ga. Ergo lævum cornu mutato,
et iam tertia vice repetito insul-
tu, adoriri placuit; ubi cum Tur-
mentis bellicis robur Austriacæ
militiæ fuerat. Nec dispar hic
quoq fortuna cladem Turcarum
graviorem auxit, atq ut in tur-
pem ex acie proruerent, non fe-
rendo Germanorum concursu impu-
lit. Hic ad extremum vacillantes,
confusosq Hieronimus Princeps Lu-
bomirscius cum militiæ Polonæ
cohortibus aggressus est; cuius va-
lidam manum dum non susti-
nent, dum formido mentem eripit,
solutis ordinibus in praeceps ac-
ti, terga vertere. Instilis Lubomir-

scius fugi-

Hieronimus Prin-
ceps Lubomirscius
cum cohortibus Po-
lonis 20. millia Tur-
carum in fuga cum
clade eorum per-
sequitur. —

fugientibus. nam Germanicæ cohortes,
equis et armis graviores loco motæ
non sunt, nec destitit ulterius gladio per-
sequi consternatos, donec ad tem-
plum quoddam desertum, supra col-
lem emminens pervenissent, quod
ianizeri cum tormentis bellicis
insederant, ob quorum densam ex-
plosionem, manifestumque periculum
tandem subsistendum Lubomirscius
ratus; 500. prope in fuga cæsis,
ad exercitum Austriacum, adhuc
in acie ordines servantem ovans re-
diit. Viginti millia Turcarum fuere,
quæ in præceps acta Lubomirscii non
tulere virtutem, deletoque omnino
fuissent, tormentaque bellica cum
ianizeris in potestatem nostrorum
venissent, si Germanicæ legiones
in subsidium Lubomirscio expeditæ
fuissent. Porro exercitus Turcici
altera illa pars, quæ ut castra Au-
striacorum

à

a tergo invaderet, ordinata fuerat,
frustra tentata castrorum aggressio-
ne, peditatus et tormentorum prova-
lidos ictus non sustinens, penitusque
reiecta, per cœnosos anfractus, per
quos venerat, retrocedere ac fugien-
tes suos pari metu et vestigio se-
qui coacta est. Ita die eo Turcæ qui-
dem ob cladem acceptam, ac turpem
fugam frementes Budam versus ab-
iere; Germani vero et Poloni felici
eventu exhilarati, Deoque gratias agen-
tes, ad proxima castra recesserunt.
Prodierant quoque sequenti in aciem, ut
Turcas inspectantes, animose ad con-
flictum provocarent, quibus hester-
na clades profunde animo inhæ-
serat, dumque prodire non audent, ob-
sidendæ Budæ locum postea dede-
re: quæ mox coepta, grandique moli-
mine deinceps continuata; quanto
cruore; quanto utriusque partis mili-
tum impendio, et sumptu constiterit,
ex processu ulterioris obsidii patebit.

At vero in Polonia, lætis hisce nun-
tiis

nuntius, et foederatorum armorum
prosperis successibus Rex in spem
optimam erectus, ut rebus contra
Turcas gerendis sine mora incum-
beret, die 2a Augusti ex arce sua
hereditaria Zolkieviensi, devote et
humiliter imploratis de Coelo suf-
fragiis, ad expeditionem bellicam
profectus est; quem Regina Zlocovium
usque comitata, tandem ad Zolkievien-
sem residentiae suae, locum rediit;
cui Rex Stanislaum comitem in
Wisnicz Lubomirscium supremum
Regni Mareschalcum à consiliis
reliquerat; ipse Polonas, Lithuanasque
copias, coniunctis iam castris, in
hostem procedentes, propere subse-
cutus. Persuadebant Regi, Caesare-
us, Venetusque Legatus, ut dilato
oppugnandi Cameneci, quod mente
agitabat consilio, viciniora hosti
et Danubio loca, cum exercitu pete-
ret, Turcasque in visceribus suis ag-
grederetur. Sed Rex propositum mu-
tare noluit,

Die 2a Augusti Rex ad expeditio-nem bellicam pro-ficiscitur.

noluit, gravissimis rationibus id magis
profuturum bellicis progressibus os-
tendens, suasu praesertim et impulsu
Palatini Kiioviensis Kadcu arma-
mentario Regni Praefecti, qui ad op-
pugnandum Camenecum, omnia se pa-
rata habere, apparatu rei tormen-
toriae abundare, globorum ignitor.
missiliumque ingeniosissimos artifi-
ces praesto sibi adeo dicebat; idque
omnino agendum, quod Rex animo
statuerat, instanter perurgebat.
Quod Praefectus Turcarum Camene-
censis, haud dubie instare sibi
postquam adverterit: ut summa tem-
plorum culmina, aediumque tecta
altius prominentia tollerentur,
coriisque boum desuper tegerentur,
ne ab ignitis missilibus flammam
conciperent, confisusque praesidi-
ariorum et tormentorum grandi
numero, totas vires ad defensio-
nem

et

Cameneci oppu-gnationem aggred

et barbarum fastum convertit. Ergo Castris Camenecu propius admotis, et iam in conspectu hostium po-sitis, Rex primum saxea illa nãe et ex arte militari facta muni-menta serio contemplatus, statio-nes militum disponi, machinas bellicas, in suggestibus suis col-locari, operas militares accelera-ri iussit. Coepta mox utrinq[ue] tormentorum frequens, et horren-da explosio, globi igniti in obses-sos, et urbis propugnacula densa iaculatione missi, tenta undiq[ue] inaccessarum rupium extremi co-natus accessio; quarum ardua moles, et nullibi visenda, ac prodigio nãe captum oẽm excedens, Caesareum Ve-netumq[ue] Legatum prope in stuporem egit; et quam expugnandi loci illius opus vix possibile, humanoq[ue] maius fuerit manifeste ostendit. Ferventi hoc tanto oppugnaõnis negotio, su-

perveneruntt

tndm

tndm numerosissimo copiis, cum ferocissi-mo Ductore suo, in subsidium Camenecо mis-so; quarum adventus, Regem quidem belli-cosum non exterruit, sed distractus viri-bus, ingens oppugnaõnis molimen inter-rupit. Pugnatum est cum iis saepius marte vario, arma postea barbaris la-cessentibus, potius quam iusto proe-lio decernentibus; cum Rex ad confli-gendum paratus, toties ac toties, a-ciem illis expeditum opponeret, pro-vocaret ad stabilem pugnam, Euro ocyores et semper fugaces. Extraxere interpolatis hisce velitationibus et nunc resumptis, nunc rursum pro-iectis in acie congressibus, tempus bello oportunum barbari usq[ue] ad autumnalem aeris inclementiam, cum iam Polonus miles pabuli inopi-a annonaeq[ue] laborare operarum te-dio, et continuis cum hoste fugaci certaminibus consumi coepit. Con-sultissimum proinde visum est, Came-neci oppugnaõnem in aliud tempus differre, exercitumq[ue] frustra contra karpias illas praecipites desudantem

in-

Scythae in subsidium Camenecо cum nume-rosis copiis su-perveniunt.

Frequentes cum Scythis conflic-tus.

Camenecі oppu-gnatio in aliud tempus dilat:

in tutiora reducere. Quod factum Scy-
this usq ad limites confiniorum, e-
xercitui instantibus, extremaq ag-
mina carpentibus, sed fortissimi Re-
gis summa virtute, et militia Polono
infracto robore. Tandem fugatis repres-
sisq. Porro in Hungaria Carolus Dux

Cäsareani Bu-
dam obsident et
valide oppugnant:

Lotharingus cum undiq Budam cir-
cumvallationibus et operibus, e
adverso hostium excitatis cinxis-
set, oppugnationi eius ferventius
instabat; nunc tormentis bellicis
continuo in urbem detonantibus,
nunc pilorum granatorum, ingen-
tisq molis ignitarum glandium
densa eiaculatione, nunc præsidi-
ariis in Cæsareanos erumpentibus
strage cruenta sæpius reiectis, cæ-
sisq ianizeris. Tamen quorum hic 4. mil-
lia fuere, contra hoc animo obstir-
matis, omniaq extrema pati potius
eligentibus, quam cum Lotharingo
de urbis deditione pacisci, quos
ad id iudei potissimum, intro ob-
sessi ex atrocissimo Christianorum
odio

odio inducebant. Quod quidem Lotharin-
gio Duci, cum innotuisset, statuerat,
si auxiliante Deo Urbs illa in pote-
statem Cæsaris Leopoldi venisset,
ut omnes iudei a cæde servati, vinctiq
ad triremes Venetas transmitterentur,
tur, ad militandum contra Turcas,
quos tantopere deperiti. Expecta-
bantur quoq in Castris Cæsareanis
20. millia recentioris exercitus, cum E-
lectore Bavaro, ex imperio adventura,
quorum iam dimidia pars, prono Da-
nubio transmittebatur; ipseq Elector Vi-
enna movens, cum reliqua parte Co-
piarum subsequebatur, ingens mo-
mentum oppugnationi Budensi alla-
turum, quod tamen hoc anno non succes-
sit atq post tot cruentos conflictus,
et assultus; post tentata omnia, quæ huc
ex arte militari adhiberi opportu-
it, tandem soluta, et triumphali
Christianorum gloriæ arcano Divi-
no in aliud tempus servata est. Cæ-

Elector Bavarus
cum 20. millibus co-
piarum, ad oppu-
gnandam Budam
accedit.

sareano exercitu ad stativa sua
dimisso Polonarum quoq cohortium,
quæ ductu Hieronimi Principis Lu-
bomirscii, in castris Cæsareis contra
Turcas

Polonæ cohortes
ex castris Cæsa-
reis in Patriam
redeunt.

Turcas militaverant, equis penitus a-
missis, et ordinibus diminutis magna
pars in Patriam pedes rediit; gravi
fremitu contra Germanos, ob n̄ solu-
ta stipendia, maleq habitam operam
suam in tanto discrimine Cæsari im-
pensam. Exacerbaverant quoq mi-
litiam nostram Germani sarcasmis
identidem pungentibus, scriptisq Nr̄
Polonum carpentibus insolenter pro-
iectis; quibus responsum est quidem
a nostris longe acutius, et exqui-
sitius odia tn̄ exulcerata tanto ma-
gis crevere; nec amplius Germani
stipendiariis copiis nostris, in pro-
sequendo bello Turcico, usi sunt, seu
licentia nostrorum offensi, re vera
invidia flagrantes et solido fastu
tumidi, praestitoq gratis ad Vien-
nam, Strigonium, Parcanum et Bu-
dam atq alibi fido opera nostro-
rum ingrati, quod etiam in Histori-
cis relationibus typo vulgatis ma-
nifeste patuit; in quibus gesta sua
magnificantes, de Rege et Exercitu
nostro frigide satis et perfunctorie
egerunt, quinimo scriptores nostros,

qui

qui rem ut erat acta veraci calamo pro-
secuti sunt, non libenter ferentes exem-
plaria eorum supprimi q̄ntum pote-
rant curaverunt. Prospera magis for-
tuna Veneti hoc anno foederata arma
sua contra Turcas sumpsere, cum illis
supremum Ducem Morosinum Hero-
em fortissimum, magnis deinceps vi-
ctoriis clarum praefecissent; qui cum
classe navali, apparatu instructissi-
ma, e portu feliciter solvens, adsti-
pulantibus sibi Molinio et Cornaro
experto in bello virtutis triremium
Praefectis, multa in illis Provinciis
ac insulis totoq maritimo tractu for-
titer et gloriose gessit, prima cum
S. Mauri insula in potestatem eius
venit, 105. milliaria Italica in am-
bitu habens; cuius vel ex sola captu-
ra piscium, annuus proventus 400.
millibus florenorum Rhenensium esti-
mabatur. Inventa sunt in ea prope
100. millia captivorum Christianor.
et per Venetos liberata; 80. quoq tor-
menta bellica, post deditionem arcis
recepta; terrore exinde aucto Turcis

Veneti contra Turcas Duce Morosinio, arma feliciter sumunt.

Insula S. Mauri in potestatem eorum venit.

in

in Archipelago navigantibus latè perculsis, cum præsertim ex 4. onerariis navibus, annonam ex Aegypto Constantinopolim deferentibus, duabusq quæ violentius restiterant, per venetos Duce Molinio submersis, duabus cum præda opima captis; primordia illa navalis belli Turcis sinistra, cladibus deinde maioribus Veneti geminassent. Obsederat deinde Morosini celebrem portum Schio dictum, in quo 40. Turcicæ Triremes substiterant, cumq auxiliares copiæ navales à Summo Pontifice Florentinis et Maltensibus submissæ, venetæ classi se coniunxissent, expansis in album velis, cum Morosinio processere; magnaq eorum gestorum, quibus deinceps regno Moreæ potiti sunt, hoc Anno iecerunt fundamēta. Nec dispares quoq in Dalmacia Venetis respondere

Venetorum in Dalmacia contra Turcas felices successus.

successus

successus, ubi Turcæ à Murlacis primum sæpius minoribus prœliis victi; supervenientibus deinde Venetorum maioribus copiis, Duce Macennico gravius exterriti castella finitima deseruere præsidiaq ex iis deducta, in interiora Dalmaciæ subduxere. Unde Veneti Clisium usq, Clinumq armis progressi, vicina oīa depopulati sunt, prædamq ingentem abegerunt, Turcis haud resistentibus et manifeste consternatis. Nec poterant certe hoc Anno Christianorum viribus parem opponere potēam: cum delectus ad bellum ex Asia populus satis exiguus eēt: ut quæ Bosnenses referebant, pauci admodum ex Asia in Europam transfretarent, eligerentq potius lares patrios deserere, quam in

tantorum

tantorum periculorum voraginem
præcipitari; bellum istud flagel-
lum a Deo iuste in se immissum
dicentes, quod Polonos innoxios
armorum vi nefaria irritassent.
gentem S. illam, cuius strenu-
am fortitudinem sæpius caper-
ti, etm nunc præ oibus gravi-
orem sentiunt, et a qua Otho-
mannico Imperio fatalem inte-
ritum imminere, ex superstitio-
sas prognoses suas, instar va-
ticinii hbnt. Amisit hoc anno
Universitas nostra virum egre-
gium, Joannem Kopciewic, Eccle-
siæ collegiatæ Novodecensis
et S. Nicolai ad Cracoviam Præ-
positum mense martio vita func-
tum, qui probitate, candore,
humanitate et mansuetudine ani-
mi oibus gratus et acceptus Doc-
toralem

Joannis Kopciewic Præposi. S. Nicolai obitus.

Doctoralem in Jure lauream Romæ con-
secutus, post dedicatam per manus Ni-
colai Oborscii Suffraganei Cracoviens:
S. Nicolai Ecclam post Suecos restitu-
tam, et post multa in eam liberaliter
impensa, curis mortalibus exemptus,
et in eadem Ecclea die 27. Martii tu-
mulatus, bonorum operum coronam ac-
cepit immortalem. —

Annus Christi 1685.

Bellorum contra barbaras gentes pro
Orbe Christiano, et pro recuperandis
Provinciis a Regno avulsis cœpta
feliciter series, Exercituum Regni et
M. D. Lithuaniæ, egregia in iis me-
rita, dententaq stipendia, cum aliis
gravissimis Reipub: negotiis id om-
nino exigebat, ut comitia Regni
Anno preterito indicerentur; quibus
dies 16. mensis Februarii Anno præ-
senti post invocata Cœlestia suf-
fragia, felix initium Varsaviæ de-
dit. Adfuere utriusq gentis sena-
tores, et Nuntii terrestres frequen-
ti numero, acteq imprimis ab oibus
Serenissimo Regi Joanni, victori glo-
riosissimo

glorio[si]ssimo, solennes gratiæ pro au„
gustis hujus expeditionis et ingentium
victoriarum operibus, pro re Christi„
ana ad Viennam servata, pro immen„
sa curarum bellicarum mole, qua tot
gloriosi, ex potentissimo hoste trium„
phi constiterc. Ventum deinceps post
gratulatorios applausus, ad consilia
publica; quæ potissimum in ratione bel„
li contra Orientem prosequendi sita
fuerant; decretumq et foederata cum
Cæsare, et Venetis contra Turcas ar„
ma, omnino continuarentur; utq ad
id auctio copiarum militarium, exo„
lutioq retentorum stipendiorum quan„
tocius fieret, delegatis ad Tribunal
militare Radomiense negotium da„
tum. Ad dirigendas quoq circa confinia
Regni, cum vicinis Principibus contro„
versias circa quas tot Annis nihil
efficaciter conclusum fuerat comissiones
iterum designatæ. Circa valorem mo„
netæ Regni argenteæ, cum vicinorum
moneta argentea coæquandum, qui rem
arduam Dosnaniæ dignoscerent; viri
Senatorii, et Equestris Ordinis magnæ
auctoritatis delecti. Jus nobilitatis
et

et Indigenatus, ex recommenda„
tione supremorum Poloniæ et Lithua„
niæ militiæ Ducum, viris de Patria
superiori bello bene meritis conces„
sum. Universitati quoq nostræ, coe„
mendi bona aliqua terestria, in
Palatinatu Cracoviensi, quæ sexa„
ginta florenor: millibus æstimari pos„
sent, data per constitutionem Regni
facultas, ex eo, quod summæ pecu„
niariæ, iure reemptionali in bonis
terrestribus locatæ, ob censuum
recentionem, litesq ex inde conti„
nuas penitus non fructificarent;
atq hinc Professorum salaria, va„
riiq piæ fundationes grave di„
spendium paterentur; cui quidem
constitutioni, quamvis non nulli
postea contradixerint. Stetit tn
in vigore suo, effectivaq bonorum
coemptione autoritatem suam reti„
nuit. Cum et comitia Regni, Deo
benignissimo annuente, ex unanimi
Ordinum

Universitati Cracovi„
ensi bonorum tere„
strium certa coemp„
tio per constitutio„
nem regni conceditur.

ordinum consensu optimo fine termi-
nata fuerint quibus finitis, ad vires
contra hostem parandas, et ad expe-
ditionem bellicam instructissimo utri-
usq gentis exercitu prosequendam,
tota curarum moles conversa est.
Stimulabant ad id augustam et bel-
licosam Principis nostri mentem,
et generosos militiæ Polonæ spiri-
tus partim armorum ab Oriente gra-
vissima imminens procella; par-
tim foederatorum Principum mars
contra Turcas iam expeditus, et ad
opera bellica animose procedens.
Cum Cæsareani quidem ad oppugnan-
das novas arces Neoselium dictas,
locum in Hungaria munitissimum,
quod Turcarum præsidio tenebat,
cum exercitu et apparatu valido
prodiissent; iam tum Veneti, cum su-
premo exercituum suorum Duce Mo-
rosinio, ut Coronum in Regno Mo-
reæ insigne fortalitium oppugna-
rent, maritimas copias, accelera-
ta navigatione transmisissent. Et suc-
cessit utrisq prospere sane res eo Anno
bellica. Ac

Ac imprimis Neoselium a Cæsarea-
nis summa vi oppugnatum, nec mi-
nori animo et obstinatione a Tur-
cis defensum post quassata prostra-
taq machinis bellicis externa et
interna munimenta, post aggressi-
ones cruentas sæpius geminatas,
cum ad paciscendam deditionem
quantumvis in ultimo descrimine nul-
lo modo adduci posset; tandem in
ore gladii, a Cæsareanis expugna-
tum, præsidiariis Turcarum ad in-
ternecionem delectis, cum ingen-
ti præda opere memorando, et Chri-
stianorum gaudio maximo in potesta-
tem Cæsaris Leopoldi venit. qui post
actas Deo immortali tanti loci
vindicationem gratias, ad eius
reficienda munimenta, acri op-
pugnatione convulsa 100 millium
summam pecuniariam assigna-
ri, submittiq quantotius fecit. Nec
Venetis quoq apud Coronum di-
spar successus. Cum enim Morosi-
ni, ex instructa classe copiis in
continentem

Novæ arces in Hungaria a Cæsareanis expugnatæ.

continentem expositis, aggredi illud sine mora proposuisset, iamq id hostem non lateret, Praefectus Turcarum loco illi tempestive provi- dens: tribus millibus Turcicae militiae et quatuor millium ex Graecis, judeis, et aliis incolis facto delectu, praesidium eius auxit, hac spe mxe fretus; quod Capitan Bassa, cum 10. millibus Turcarum ad succurendum obsessis in proximo adest. Ergo die 1a Augusti circumvallatio et oppugnatio a Venetis coepta, cum operibus circumquaq ex arte militari excitatis, machinisq bellicis per suggestus suos dispositis ferventius ab iis urgeretur, Capitan Bassa ut castra oppugnantium invaderet, viresq distraheret, cum exercitu eadem die supervenit facto impetu in munitiones Venetas adortus est eam castrorum partem, quae illi ad expugnandum facilior

Coronum in Regno Morea Veneti oppugnant.

visa

visa fuerat. Excepere hostem Veneti animo impavido, et occursu sane strenuo; potiti tn per summam vim, hac prima aggressione Turcae fuerant, loco quodam intra sepimenta castrorum opportuno, iamq huc conglobatis agminibus, maiori nro et impetu ferebantur; cum Venete resumptis animis, et viribus, conversisq ad avertendum discrimen validioribus copiis, cruentu conflictu non tm hostem extra munimenta castrorum eiecere; sed effusi quoq castra turpiter reiecto fugatoq adeo instilere fortiler; ut Turcae per campos vicinos palantes, solutisq ordinibus, usq ad uirgulta sylvestria dilapsi, agre tndm ad castra ppria evaserint. Ceciderunt ex Turcis in eo conflictu quadringenti, totidemq quoq uulnerati sunt. reliqui consternati, sed tn frementes, ut dedecus il-

lud

illud abolerent damnumque repararent, ul-
trices furias cogitarunt. Porro Veneti
paucis suorum amissis 17. vexillis ho-
sti ereptis, felici hoc successu ani-
mati instabant oppugnationi tanto
acrius, hostemque in vicino observa-
bant; quem restauratis viribus haud
dubie imminere sibi videbant. Ut
vero obsessos horido spectaculo
horrerent et imminentis exitii ad-
monerent, rogque cessorum Turcarum
capita, palis suffigi, et in oculis
eorum per munimenta castrarum
statui iusserunt; quod tn̄ obstina-
tis minime profuit, ob fiduciam
præsentis subsidii, et quod spera-
rent Bapitan Bassan maioribus
collectis viribus; castra iterum Vene-
ta oppugnaturum, nec ante cum
exercitu discessurum, donec obses-
si, efficacibus suppetiis relevaren-
tur. Nec diu morati Turcæ, aucto
copiar: nro, die 3tia Augusti, castra
iterum Veneta extremo conatu
aggressi sunt. Certatum hic vi mxa
et concursu sane cruento. Turcīs mu-
nitiones

Turcæ castra Venetorum bina aggressione ausi, strenue a Venetis reprimuntur, et profligantur —.

munitiones Venetas, confertissimo
ianiscrorum assultu invadentibus,
Venetis contra pro defensione castro-
rum fortiter obnitentibus, cumque vis
illa æquali Marte aliquandiu sus-
tentata durasset; fregere tn̄dm Ve-
neti Turcarum impetum, circumduc-
tisque legionibus a fronte, et a tergo
conclusos, passimque cadentes, ad ex-
tremum fugam respicere, signaque
turpiter deserere statuerunt. Terga
hostium exinde patuerunt Venetor:
gladiis, oppletique cadaveribus cam-
pi, miserandam eorum usque ad ca-
stra cædem testati sunt cæso in
acie Calel Bassa et aliquot cente-
nis Turcarum partim interfectis,
partim vulneratis; desideratisque
vero ex exercitu Veneto vix 40. quæ
clades Turcas cum graviter per-
culsisset, castris se deinceps non
sine alto gemitu continuere. Por-
ro Morosini militiæ Venetæ Dux
ne id hostes sæpius tentarent, op-
pugnatoremque Coroni aggressionibus
huiusmodi distinerent, inito cum Tri-
bunis

Tribunis et Ductoribus primariis con-
silio, castra Turcica tota vi adori-
ri statuit. Ex classiariis itaq et ali-
is voluntariis militibus mille quin-
gentis ad augendas vires delectis,
potissimaq parte Exercitus sui e
castris deducta, die 7.º Augusti,
quæ D. Caietano sacra est, muni-
menta castrorum hostilium circumquaq
ipso diluculo invadit. Fit acris ab
initio pugna hostis minus spe-
rata; machinæ bellicæ undiq de-
tonant, miles Venetus animosis-
sime in hostem fertur, audacissi-
mi Turcarum qui proruperant gla-
dio hausti concidunt, alii densis-
sima globorum explosione traiec-
ti, turmatimq sternuntur, reliqui
horrenda cæde consternati, frustra
primariis Turcarum obsistentibus,
in fugam præcipitem aguntur: Vene-
ti castris iam potiti, persequendo
hosti graviter instant, confodiuntq
mente plane emotos, ob insperatam
tanti exitii plagam. Dirum sane
spectaculum sanguinolentæ cædis,
tum

Veneti Castra Tur-
carum die 7.º Augusti
oppugnant, fuga-
toq Turcar: exer-
citu castris po-
tiuntur —.

tum apparuit, cum Turcæ turpis fugæ
finem non facientes, ad satietatem
cæsi, vix tandem ad tutiora evaserunt,
castris et omni eorum opulentia exuti;
cumq cruentis cædibus satis datum
fuisset, Morosini exercitu revocato,
ad castra Turcarum capta reversus,
atq cum toto Exercitu ante faciem Dni
prostratus, ob tantum et tam insigne
beneficium, Deo exercituum Dño, et
tantæ victoriæ authori supplices grãas
egit, signaq triumphalis lætitiæ bel-
licis, tormentis detonantibus, et more
Christianæ militiæ applausu dedit.
Poscebat certe adeo felicis et intra
paucissimas horas, obtentæ magnitu-
do victoriæ solennem grãarum actio-
nem, et æstimationem Divinæ gratiæ
singularem; cum in castris illis
per Venetos expugnatis captisq am-
plius qm 20. millia Turcarum nume-
rata fuisse, haud dubie postea con-
stiterit; quorum pars magna in oppu-
gnãone, et

et in fuga deinceps cum Machometes
Bassa cecidit, præda castrorum in,,
genti relicta cum tentoriis ianize,,
rorum, quorum hic potissima legiones
fuere; cum equis, armis, vexillis, glo,,
bis ignitis, nitratiq pulveris nume,,
rosa vasorum copia, cum annonæ
oïs generis vasta mole, cum tormen,,
tis bellicis, īr quæ 6. præcipua re,,
cepta sunt, et tria ex illis Procurato,,
ris S. Marci stemmate insignita.
Captum quoq vexillum interfecti
Bassæ prætorianum, quod Turcæ plu,,
rimum æstimant, captivi Christia,,
ni ex durissima servitute magno
nro vindicati, ductiq in vincula
Turcarum plurimi, ad suæ infeli,,
citatis scenam illam miserabilem
prope attonitis.

Tum deinceps hac ipsa die ad pro,,
sequendam Coroni oppugnaōem,
militibus felici successu lætis, et
ad maiora animatis: hostibus ve,,
ro ingentem animum consulto præ,,
ferentibus, ceu clade illa non mo,,
verent;

moverent; quæ in oculis ipsorum adeo
funesta evenerat, obfirmati adversus
oēm impetum, extremaq oīa potius
passuri, quam in partes Venetorum
per deditionem ullo modo concessu,,
ri. Morosini igitur exercitu dispo,,
sito, tormentis moenia quatere, glo,,
bos ignitos in ædificia densissi,,
me iaculari, subire propugnacu,,
la, vallum et fossas aggredi, le,,
giones armatas iubet; quibus re,,
sistebant obsessi mordicus, diu
aggressione illa non territi, sed
ex adverso fulminibus tormenta,,
riis valde detonantes, contra quos
cuniculis tndm subterraneis agi
coeptum, ducentis vasis pirrii pul,,
veris intro suppositis, moxq horren,,
dum in modum accensis; unde mu,,
nitionum externarum pars fundi,,
tus emota corruit, patuitq accen,,
sus ad interiora propugnacula,
per vastas illas ruinas, ab igni,,
bus cunicularis, et a tormentorum
grandi quassatione factas, moe,,
nibus

a Turcis strenue defendit-

moenibus, et turribus iam extreme hiantibus. Tum demum obsessi, in summo discrimine positi, cum Venetos iam prope irrumpere viderent, fastum obstinatum deponere, ad seniorem mentem redire, vexillum candidum in summitate moeniorum expandere, deditionem et clementiam orare; quam tn apud Morosinum merito invenire non poterant; cum eum antea fide pessima fefellissent, qndo inter tractatus deditionis simulatos, eruptione facta, violatoq iure gentium, Venetos nihil tale sperantes, subito invaserant. Ergo militi per oia distantia fortiter densis agminibus in Urbem erumpenti, data licentia, ut nemini ex obsessis parceret, et quod gladio acquisierat, gladio sterneret. Ita legionibus passim infusis: fit cædes mxa; in qua Turcarum et incolarum 4. millia cecidere, pars in deditione, pars in

Coronum per Dum, mam oim à Venetis expugnatum gravi Turcarum excidio capit. —

pars in excidio Urbis consumpta, præda satis opima, ab avidis militibus momento direpta. Coronum ad terrorem aliarum Urbium sanguineo interitu in exemplum memorabile datum, Venetis palmam et victoriam concessit hostisq pervicax tum demum ingemuit, cum Venetæ potestati cervices præfractas submisit. In huius oppugnaonis satis arduo opere ac præsertim in munitionis cuiusdam externæ difficillimo accessu, occubuere ex Veneto exercitu prope quadringenti, ictus globo minori, sed non lethaliter Dux Sabaudiæ. 30. Equites Militenses vulnerati, duo fortiter pugnantes cæsi; sed hac virorum fortium morte pulcherrima, Coroniq excidio gloriosum Nn Venetum per maritima illa loca, adeo deinceps inclaruit,

Itamq

Itamque sui formidinem auxit; quantum postea tot subsecutae victoriae, tot profligati Turcarum exercitus, tot munitissimae arces, et Civitates expugnatae, tot populi cum universo Regno Moreae subiugati abunde testati sunt, cum Serenissimae Reipublicae Venetae dominium, tanta ditionum Peloponesi accessio, victricibus armis quaesita dilataset.

Inter haec apud Venetos laeta et victoriosa, apud Caesarem quoque in Pannonia, multa praeclara et felicia, Carolo Lotharingo, et Electore Bavaro Ducibus evenere; ubi post novas arces ut diximus, fortiter et gloriose expugnatas, et in ditionem Caesaris Leopoldi receptas. Dressovium quoque diu obsessum, atque oppugnatum, eiusdem tandem dominio restitutum est. Munitissima haec Civitas postquam in partes rebellium concessisset, advenienti cum Exercitu Caesaris Generali

nerali

Generali Sulcio, obstinatissime restitit, confisa propugnaculis firmissimis, viris, armis, tormentis bellicis, instructissimo rerum militarium commeatusque apparatu, et defensorum numero; quorum tria millia et contingenti intra Urbem fuere, omnes ad extremam defensionem animati. Quare Sulcius cum pervicatiam hostium, probe intelligeret, ad Civitatem totis Viribus oppugnandam accessit; munitionibusque ex arte militari excitatis, continua tormentorum bellicorum explosione, globorumque missilium horrendis ignibus propugnacula et aedificia urbana demoliri non cessans, validae aggressioni insistit. Nec obsessi quoque minores vires et animos, Caesareano militi cum praesidiariis opposuere; quibus praeerat Tekli maior vir fortis, et tot experimentis bellicis egregie probatus: insistitque

ut

ut adversus Cæsareanos formenta
bellica ex Urbe crebro detonarent,
assultus invadentium sæpius in
magna reiecit. Fervebat mutua
hæc decertantium vis longius pro-
ducta; nec profecisset forsitan
contra obfirmatos in proposito,
et spiritu rebelli tumentes; nisi
res nova et subita, Deo hostium
consilia, et nimios fastus con-
fundente intervenisset. Ducenti
quippe Germani, et quadringen-
ti perites Hungari a Tekellio, ir
presidiarios relicti; cum adin-
vicem conspirassent, ex eo quod
Cives eorum suspectam fidem ha-
berent, irritassentque acerbius, spon-
te ad secessionem inclinatos; ut
contra vim urbanam tempestive
sibi providerent, partem mu-
nitionis, quæ iuxta praxim mili-
tarem Revelinum dr occupave-
rant. Cives igitur cum intestinum
hoc periculum, exitio sibi futurum

adverterent

adverterent, malum ex eo impendens
provenienendum rati, duos ex me-
dio sui, cum succenturione viro
militari, ad Generalem Sulcium
expediunt, data illis potestate
ad tractatus deditionis, et con-
cludendos. Interim germani illi
et Hungari cum Duce Vitembergo,
qui cum Cæsareanis propius Ur-
bem accesserat, tacite collocuti,
ab eoque aureis nummis viritim
distribuendis illecti, proditione
adornata, unam ex portis Civi-
tatis Cæsareanis apperuere, ob-
versisque statim contra Cives ma-
chinis bellicis, eos in extremum
discrimen deduxere. Quod cum
Generalis Sulcius per festinos
nuntios rescivisset, cives illico
sine responso ex castris dimisit,
submissisque legionibus Urbem
iam occupatam, die 12a 7bris cum omni
apparatu bellico feliciter recepit.

Inde,

Dressovium Cæsa-
reanis proditum,
in manus eorum
venit die 12. 7bis

Insequens dies impensa est, sepeliendis corporibus eorum militum, qui hic ex Caesareano exercitu occubuerant; quorum cadavera effosis aliquot grandioribus tumulis condita sunt: patuitque ex inde quanta virorum fortium strage opus id constiterit, in quos plurimi inventi sunt, praecipui nominis et officiis militaribus egregiè perfuncti; quorum hic insignis fortitudo, ac spectatissimus pro Deo, fide Catholica et Caesare zelus, usque ad sanguinis et vitae profusionem enituit. Triumphatum deinde die 14° 7bris ipso exaltationis S. Crucis solenni festo, totisque castris personuere maiora, et minora tormenta bellica; cum universus exercitus Deo immortali gratias ageret; quod Hungarorum rebellium nidum illum, et tanti momenti antimurale, eventu haud unquam sperato, in manus

manus Austriacas et potestatem tradidisset. moxque hinc Generalis Sulcius, relictis impedimentis castrensibus, cum expedita militum parte, versus Cassoviam movit; quod speraret eam vicino exemplo territam, ex pacto deditionis, Caesaris Leopoldi dominio facile accessuram. Mars hic Caesareanus ut venetus prosperis Successibus gaudens, Marti quoque Sarmatico stimulum addidit, ut postquam recensitas apud Glinianij copias Lithuanico exercitui coniunctus, ad opera bellica procederet, Scythisque et Turcis, iam in campos Dacicos effusis, obviam iret. Qua de re positis apud Uscie oppidum castris, Supremus exercitus Regni Dux Jablonovius, cum aliis Exercituum utriusque gentis Ducibus cum circa Tyram deliberat, 10. millia Scytharum cum 5. millibus Turcarum et 300. curribus annonae, ut Cameneco providerent

15. millia Turcarum et Scytharum praesidiariis Camenecensibus annonam deducunt.

Scythae in Pokutiam effusi, a Dimidecio profligant.

providerent supervenere; moxq commeatu illo deposito aliquot millia Scythar: ut more consueta, praedas agerent, in oras Pokutiae excurrerunt. Verum hic opportune excubabant, cum 8. expeditis cohortibus, vir bello strenuus, Ductor earum Dimidecki excepitq Scythas irruentes, occursu et eventu felici, in quos manu fortissima invectus, amplius quam duorum millium caede, captivos, et abactam praedam, et vitam relinquere coegit. Centum ex iis viri capti, alii ab aggressibus per sylvas et saltus caesi, alii equis in fuga amissis aegre versus Camenecum et Bialogrodum evasere. At Polonnae quoq,

Scythae iterum ad Polonnae caesi.

quo cum ala militum Thesararii Curiae Regni bellica virtute praestans succenturis Godembscius, ad tuendam et distribuendam Cosacis summam pecuniariam, ex castris nostris missus fuerat; cum huc etiam duo Tribuni Cosacici a Mohyla Duce Cosacorum, qui pro parte nostra militabant, una cum aliis centuriis Cosacicis

advenissent, Scythae id minus sperantes dum advolant, eruptione in eos a Cosacis facta 70. capti, alii gladio interempti, reliqui proiecta praeda diffugiere. Ceciderunt et a Doleÿ Tribuno Cosacico non pauci, qui cum a Bialoczerkiew, cum Cosacis, quibus praeerat, ut se castris nostris coniungeret festinat, obvias fortuito in itinere Scythas aggressus gladio penitus sustulit, atq per eorum stragem ad castra penetravit. Quod et alii ir Lynkouum et Camenecum a Cosacis deprehensi, prope ducenti, gravi excidio suo experti sunt. Ita prospera hoc initia, successibus mox secuturis omne auspicatum dum praeferunt; cumq captivi Scythae Turcae, Valachÿ, qui passim per exploratores adducebantur, constanter affirmant; Hanum ipsum cum numerosis Scytharum copiis Sultano Galga cum 20 millibus in Ungariam expedito.

expedito, Ducemq Turcarum quem illi lingua Seraskier nominant, cum 15. millibus armatorum et cum valido apparatu bellico, campis Cecorensibus appropinquare, consilium de transmittendo per Tyram exercitu maturatum est. decisumq in eo, ut arma in hosticum potius transferentur, ne se visceribus Podoliæ illa hostium postea infunderet. Accesserat et illud, quod haud dubie ferebatur, Hanum cum Duce Turcarum id agitare; ut vel Nimierowum, ubi Mohyla Ducis Cosacici sedes fuerat, tota vi aggrederentur, Sulimamq cum parte Cosacorum, Scythis et Turcis faventem eo introducerent. vel Sniatynum, aliaq vicina Valachiæ loca, ex quibus continuo excursiones nostrorum, in partes Valachicas fiebant, quodq Dalesinus Valachiæ, unice a Turcis postulabat, penitus demolirentur. His ergo perniciosis hostium consiliis, ut tempestive occurri posset, utq ex

vi

Polona et Lithuana copiæ transmissa Tyra fluvio, in Daciam veniunt.

vi pactorum, cum Cæsare, armis foederatis Scythæ a cœpto in Ungariam itinere averterent, ponte ad Uscie oppidum per fluvium Tyram strato, exercitus noster in hostiles Daciæ oras transmissus est. Ne vero proxima Camenæo loca, incursionibus hostium absq præsidio relinquerentur 20. alis militum, regimini cataphractæ militiæ viri bellicosi Lasko dicti, suecenturioni, supremi Cancellarii Regni, ad Trebowlam commissis, arci Trebowlensi, duabus peditum cohortibus, Niemierowo quoq duabus, Sniatino et Horodenka, aliis impositis, aliis circa Uscie et ad pontem tuendum relictis, securitati locorum illorum provisum est. Transmisso exercitu Bucovinaq superata ad Baianow in Valachia circa loca paludosa, per quæ transitus difficilis fuerat, Scythæ primum in oculis exercitus nostri, die 1o 8bris apperuere per montana effusi. Hic igitur castris positis,

Primus exercitus nostri cum Scythis conflictus.

cum paludes illæ uliginosæ iter lon-

gius

longius prohiberent, ad confligendum
cum hostibus, urgenti necessitate data,
cum illi transuadere omnino et in alte-
ram partem eniti conantur, in cænosos
illos anfractus colluctantes, cohortes
nostræ aggredi jussæ, plurimos ex
iis densis globorum, ex adverso icti-
bus interemerunt. Alii voragine illa
hausti sunt. Captumque hic vexillum
Sultani præcipuum, et aliquot in-
signia Mursarum; circa quæ dum
hosti eripiuntur, non exigua Scytha-
rum cædes edita est. Transierant tum
in alteram partem duo millia Scy-
tharum, eo consilio; ut aciem nostram
a tergo circumvenirent. Sed mox
iis obviam itum est, convolantibus
huc cum Wilkonscio et Radecio, ex-
peditis cohortibus; quibus prævene-
rant occursu vere Martio, Castella-
nides Volhyniæ Vielohorscius et Le-
duchovius cum aliis militum suo-
rum, supra ætatem fortitudine bel-
lica præstantes; ubi cum aliquandiu

Duo millia Scy-
tharum circa
loca palustria
a nostris pro-
fligantur. —

Scythæ

Scythæ fortiter restitissent, tandem in pa-
ludes illas compulsi, alii in conflic-
tu cæsi, reliqui turpiter retrocesserunt.
Supervenerant interim Han Scytha-
rum et Seraskier Turcarum Dux, utque
ex alia parte castrorum meliorem
tentarent fortunam, valido impetu,
Turcas et Scythas eam aggredi jus-
serunt. Cosaci hic stationes suas po-
suerant in quos tanta potentia hostis in-
vectus, cum minus paratos invenisset,
turbatis agminibus non nihil confu-
derat. Quod e vicino monte, cum nostri
advertissent ad subsidium illis ferendum
illico excubiarum castrensium Præfecto
cum aliquot aliis huc expedito, atrox
proelium exarsit; quod cum gravaret
nostros, submissæ sunt cum Poniatovio
et Zaboklicio, aliæ subsidiariæ cohortes.
Castellanus quoque Vilnensis. M. D. Lithua-
niæ Campiductor, cum 90. aliis huc illa-
tus, fortissimo congressu aciem ro-
boravit. Venere huc et desultoriorum
equitum, peditumque Regiæ cohortes; cum
pluribus aliis, et 369 tormentis bel-
licis, quare conflictus hic acerrimus
et cruentus, a qua diei hora, usque ad

Ex altera parte
castrorum atrox
pugna cum Tur-
carum et Scytha-
rum clade. —

tertiam

tertiam pomeridianam, cum ferventis-
sime durassent, inclinante iam ad oc-
casum sole Turcis et Scythis retroce-
dentibus, nostri quoq[ue] tto negotio glo-
riosè perfuncti, ad castra redigerunt,
paucis desideratis, quos inter pro-
cipui fuere 20. Heroes, ex loricatu
et cataphracta militia caesi. Cap-
ti quoq[ue] hac die aliquot Scythae re-
tulerunt 80. millia Scytharum, 20. Tur-
carum, 5. Bassas 39. tormenta bellica
hic adeê Sultanos oẽs e Taurica
eductos; quin et ex remotissimis Pro-
vinciis 4. millia Scytharum hic nume-
rari, qui nunqm contra Polonos mi-
litaverant. Horum quoq[ue] quantocius
ad Sultanum Galgam misisse, ut
cum 20. millibus ex itinere reverte-
retur, quod in Ungariam direxerat.
Die sequenti quae fuit dies 2da 8bris
hesterno conflictu satis cruento,
et clade funesta hostes graviter
perculsi, per iuga montium im-
mobiles stetere; exercitus quoq[ue] no-
ster in aciem eductus, cum instructis
agminibus

agminibus, hostilem impetum tota die
expectassent, nihil tentantibus Turcis
et Scythis, crepusculo vespertino im-
minente campo decessit. Proruperant
tn aliquot Scythae et ianiseri, ad veli-
tandum cum nostris, cum quibus in
velitaõne, vir animosus et pugnax
Paley, Tribunus Cosacicus, globo per
ianiseros et Casimirus Zawadzki, ca-
taphractae cohortis, palatini Russiae
miles insignis, sagitta Scythica vul-
neratus est, uterq[ue] tn ex illo vulnere
brevi convaluit. Visum deinceps consi-
lio noctu facto, a locis illis paludosis
et uliginosis, ~~sagitta Scythica vulne-
ratus est uterq tn~~ ad tormenti maioris
bellici iactum, versus Prud fluvium,
cum carrhagine castrensi recedere; ut
et hosti campus latior ad pugnam
concederetur; et in herbidis illis ar-
vis, pabuli copia maior equis alen-
dis superesset. Motis ergo circa dilucu-
lum castris, die 3ia 8bris subsequebat[ur]
exercitus noster, ordinata acie in-
structus, in eoq[ue] procinctu, visa sunt
a longe plus quam 10. millia Scy-
tharum per paludes illas eluctari,
et

et in alteram partem transire; ut
si forte praelium committeretur aci-
ei nostrae et castris a tergo immi-
nerent; sed re cognita, submissae
sunt ad frontem et latera castro-
rum tuenda, maiores copiae, ni-
mirum cohortes aliquot peditum,
Cosaciq oẽs quotquot fuerant, in-
super et 6. loricatae, cum Doniato-
viae cohortes, additae iis, quae cum
excubiarum castrensium Praefecto,
carrhaginem tuebantur: Descensu
nostrorum ex locis eminentioribus,
in plana vix facto, irruerunt
ex ôi parte Turcarum et Scytha-
rum confertissima agmina, prae-
valido impetu, in cohortes castor.
praesidiarias invectae, quibus cum
magno discrimine, et viribus in
ferendis incumberent, 8. rursum
cohortes ad subveniendum prio-
ribus expeditae, cum in hostem in-
volassent, plurimis caesis vul-
neratisq, ictuq globorum transfixis,

densaq

densaq strage populi a castrorum
aggressione reiectis, reliquos in fu-
gam egerunt. Deiectus hic ex e-
quo globi tormentarii impetu, moxq
captus Machmet Aga, Sultani Gal-
go ex amicis praecipuis, vir belli-
cosus. In dexteram castrorum par-
tem, cum hic impetus ille non su-
cessisset, Scytharum et Turcarum
furore postea verso, cum fortis-
sima hic militum nostrorum ma-
nus, furentium arma invicto a-
nimo excepisset, turpiter repulsi
et fugati, in sinistram rursus
caeca obstinatione delati sunt:
ubi Lithuanae copiae, cum Castel-
lano Vilnensi, Campi Ductore suo,
et legiones peditum cum Duce Cur-
landiae constiterant; quorum
ductu et Vtte bellica superati,
plagam funestam accepere. Non
ausi proinde die 4ta 8bris e castris
suis progredi, mirantibus, et ex-

pectantibus

Die 4ta 8bris Turcae et Scythae, dum castra oppugnant, a nostris fortiter caesi recesserunt, iciunt—

expectantibus nostris, usq ad di,
ei medium; sed id consulto af
iis factum, eventus mox docuit.
Interim enim disponebant per sug,
gestus militares tormenta bel,
lica, quibus aciem et castra no,
stra impeterent. quo facto, Endm
horis pomeridianis, in conspec,
tum exercitus nostri prodiere;
verum signis immotis, et ad con,
fligendum non descentibus; quin,
quies non nisi tormentis 15. ma,
ioribus in castra nostra explo,
sis, cum Deo mirabiliter nostros
servante, nihil fragore illo pro,
fecissent, sub vesperam retro,
cessere. Porro tormenta nostra
bellica in eos fulminantia, ma,
gni Herois Radecii Palatini
Kiioviae, et armamentarii Regni
Generalis Praefecti, prudentissi,
ma directione, gravem in eis
cladem effecere; multis globorum
ictu

ictu prostratus, suggestibus, tormen,
torum disiectis, et nunquam sine no,
tabili hostium strage machinis deto,
nantibus ex quibus primarii audacis,
simiq Turcarum et Scytharum cecidere.
Feriari hostes die 5ta 8bris, quo fuerat
feria 6ta superstitio Machometana coe,
gerat; bellicis non nisi tormentis, in
castra nostra aliquoties explosis de,
tonuere; quibus tormentorum quoq
nostrorum fulminea vis ex adverso
respondit, sed non irrito effectu; mul,
ti quippe qui e munimentis castro,
rum prodeuntes forte occurerant, ceu
ex destinato collineantibus globorum
ictibus passim sternebantur, diribi,
toribus machinarum bellicarum Scy,
thae, et exquisite id agentibus, ut hac
in re peritam eorum damno probroq
suo agnosceret hostis; quinimo ut
mira circa nostros Dei providentia
appareret, ex quibus ad tantam ma,
chinarum Turcicarum explosionem;

et

et in tot globos, ad castra nostra di-
rectos vix aliquot gregarii milites
occubuere. Placuit deinde Sabalko,
quæ fuit dies 6ta 8bris hostes in aci-
em provocare, et rem cum eis com-
misso prælio experiri; ne mora illa
in hostico, autumnalibus iniuriis,
et continuis cum potenti hoste con-
flictationibus exercitum frustra con-
sumeret; atque tot iniquissimis locis
obstantibus, pluviosa Anni parte,
maioribus periculis obiceret. Sed
dum copiæ nostræ vim ex adverso
instructa acie expectant, nec elicere
possunt, evenit interim ut captivus
Scytha ab excubitoribus nostris addu-
ceretur; qui constanter retulit, Seras-
kierum Turkarum Ducem e castris cum
exercitu non proditurum, quod cum
id facere Han Tartarorum prohibue-
rit ex eo, quod fortissimi qui ex Tribu-
nis, centurionibus, primilisque Turcarum
et Scytharum, magno nostro prioribus
conflictibus cecidissent; iamque deesse

hostibus

hostibus linteamina quibus pro more
suo corpora interfectorum ad sepeliendum
involverent, ob tantam stragem, præsertim
in pugnacissimis Turcis et Scythis editam.
Idque verum fuisse res ipsa ostendit, cum
hostes in aciem prodiere penitus non au-
si armorum illo silentio etiam nostros re
infecta, campo decedere fecerint. Anti-
cipavit exinde consilium bellicum diem
7am 8bris statutum in eo est ut carrhago
castrensis versus Bucovinam retrocede-
ret, cum et hostis ad confligendum to-
ties provocatus, in campum non descen-
deret; et pabuli iam in hoc loco ab e-
quis consumpti inopia exercitus labo-
raret. Agminibus ergo circa dilucu-
lum, huius diei ordinatis, motoque ca-
strorum carrhagine exercitus quoque
secutus est; castrorumque defensioni, per
dispositas cohortes provisum; quæ
cum sylvæ illi appropinquare et intro-
ire sensim in dumeta eius coepissent, tum
demum hostis ad arma sumenda exci-
tatus, et totis viribus è castris prorum-
pens, summa vi in præsidiarias cohortes
invectus; et Scythis ad interiora sylvarum
provolantibus, ut castra nostrorum in an-

fractus

Exercitus Polonis versus Bucovinam retrocedit

Ad introitum Bucovinæ cum Turcis et Scythis conflictus, clade hostium cruentatus.

antractus illos colluctantia infestarent.
Id probe cum intelligeret exercituum Reg-
ni Dux Jablonovius et Castellanus Vil-
nensis, exercitus Lithuanici Campiduc-
tor, cum expeditis cohortibus; ad fron-
tem castrorum properarunt; ad exploran-
dam Scytharum vim illam, quæ difficili-
mis itineribus, vicina loca occupave-
rat; ut transeuntibus nostris undiq;
immineret; cumq; hic ad reprimendos
Scythas agmina disponunt; ingens
fragor interim, et tormentorum soni-
tus, a tergo castrorum audiri cœ-
pit; eoq; submissi quantocius velites
aliquot ut rem explorarent; cohortes
nostras, quæ ad extrema castrorum
tuenda relictæ fuerant, atroci prœ-
lio cum Turcis et Scythis confligentes
invenere. Designaverant enim supre-
mi exercituum Duces, amplius quam
20. alas loricatas, cum Vronovio Ca-
pitaneo Litinensi, Vilkonscio, Grochol-
scio et aliis earum fortissimis Ducto-
ribus, regimenq; illarum commise-
rant; Generali armamentarii Regni Præ-
fecto

Præfecto Kadcio, viro bellica virtute,
et experientia militari spectatissimo,
qui cum potissima legionum pedestri-
um parte, hic contra ingruentes Scy-
thas, Turcasq; excubabant. In hos igi-
tur extremo conatu, Turcæ et Scy-
thæ cum 4. millibus ianiscrorum, et
cum totidem Spahiorum Equitum
millibus, et cum machinis bellicis ir-
ruentes ferventissimo conflictu ida-
gebant, ut prefractis submotisq; cohorti-
bus, summa vi in castra irrumperent.
Sed restitit ex adverso Polonæ militiæ
insuperabile robur, cum Generalis Kad-
cii, præsentissimum magni iudicii con-
silium ubiq; adesset, cunctaq; in illo di-
scrimine tot experimentis probata
rei bellicæ peritia dirigit, tormentis
quippe hostium bellicis, et ianiscrorum
globis dentissimis, in castra nostra
fulminantibus, continebat ille tanti-
sper tormentorum nostrorum et instruc-
tissimi peditatus paratas eiaculationes
donec furor hostium cæco impetu ac-
tus

actus, propius castris appropinqua,
ret; qui cum ad destinatos globorum ic,
tus propius accessissent, tum demum
iubente Kadcio, tormenta in eos no,
stra detonuere; quod fastus barbarus,
ut ausus nimius, primos in fronte
obiecerat, ex quibus illico ad unam
explosionem prope 60. cecidere, cla,
deque maiori passim cadebant, qui mor,
dicus instabant, et per cadaverum
struem vesani ferebant; et quamvis sae,
pius damno suo reiecti, immani rur,
sum furore in id connitebantur, ut toties
geminato impetu, virtutem infractam,
castro defendentium, vacillare tandem,
et tandem postea succumbere cogerent. Quod
contra evenit; rabies enim illa in caput
hostium versa octingentos ex iis mise,
re caesos in acie reliquit; cumque iam
carrhago nostra castrensis Bucovi,
nam intrasset, hostesque nihilominus
etiam in arctissimos illos viarum dif,
ficilium obices, cum machinis belli,
cis, et confertissimis agminibus nostros
insequerentur,

In sylvestra Bucovinae continua cum hostibus pugna.

insequerentur; pugnatum est cum illis
summo ardore et conflictu perpetuo,
quo licet plurimi Turcarum et Scy,
tharum sternerentur, ab impetu tamen, et
infestatione castrorum, efferatis ani,
mis non cessavere. Vidit illa dies
heroicam et invictam animi magni,
tudinem, tum generalis Kadcii, tum
Curlandiae quoque Ducis, Tribunorumque
et Centurionum pedestris militiae; inter
quos enituere pectora bellicosa aeter,
ni nominis claritudine dignissima,
Grebeni, Dobcicii, Berenhoyferi, Stre,
mo, alexandri Potocii, Castellanide
Camenecensis, Bidzinii, Damaracii,
et aliorum; quorum ingentibus ani,
mis constitit, quidquid circa introi,
tum Bucovinae, et ulteriores dein,
ceps processus, summa cum laude nostris
Poloni gestum est. Porro castra no,
stra per cruentos illos sylvarum
passus, tractu ad medium miliare pro,
tracto, cum procedunt, hostisque ubique
circumfusus; cohortes praesidio castro,
rum additas incessanter fatigat; sub,
missae

Intra Bucovinae impeditos saltus, Turcarum et Scytharum caedes.

submissæ et a Ducibus exercituum rursus 8. loricatæ cohortes Linceoio Venatore Belzensi, et Stuboois Ductoribus, ut opportunas suppetias laborantibus ferrent. Coniunctis ergo in Circumfusos Turcas et Scythas, impetum eos fecere, una cum legionibus peditum, cæde hostium mixta, qui agminibus nostris, adeo vicini institerant; ut iam non e scolopetis peditum, sed bipennibus eorum cæsi, in paludosa illa occumberent; submotis, et in dumeta fugatis ianiseris, quorum longe maior strages haud dubie fuisset, nisi eos densa sylvarum et umbrosa occuluissent. Præda hic insigni politi sunt milites, cum Turcarum primarii, et qui audaciores fuere, vastis cadaveribus, omnia complevissent, nostris in conflictu vix 40. cæsis, in quos potissimum fuerat Monstinius, qui Serenissimæ Reginæ peditatui præfuerat, globo ianizerorum lethaliter in sincipite traiectus. Tanto hostium interitu et adeo exiguo militum nostrorum damno, per Bucovinæ angustas illas, et periculosas fauces evasere Exercitum eadem die, circa occasum solis castra

nostra

nostra, ultra celebrem in Dacia fossam, et superavere illam; cumque hic exercitus noster, aliquantulum respirii habiturum se speraret, atrocior illi in crastinum, die nimirum 8va 8bris cum hostibus confligendi necessitas incubuit. Descenderant quippe in aciem Turcarum et Scytharum numerosæ ac ferocissimæ legiones, contra quas delecti a Ducibus nostris ex variis aliis et cohortibus bos. bellica virtute præstantissimi milites, ductu viri, artibus militaribus instructissimi et animosissimi Iskræ, cataphractæ alæ, Jablonovii Palatini Russiæ vexiliferi, cum voluntariis sponte sua in campum effusis, prodiere. Certatum est ergo marte ardentissimo, cæsusque in acie ipsius viri fortissimi Iskræ manu pugnacissima, insignis Turca cum aliis plurimis occubuit, cum interim Cosaci, et legionarii pedites, cum ia-

Ad Traiani fossam in Dacia Turca rursum et Scytha ab exercitu Polono profligati.

niseris

ianiseris confligentes, strage mxa sub=
motos sternerent, eoq cruentis cadi=
bus perurgerent; ut in fugam acti,
per avia sylvarum, præcipites dila=
berentur. Detonabat quoq in eos
ex tormentis bellicis iugiter Pala=
tinus Kiiovie Ladcius, adeo den=
sa globorum grandine, et prospe=
ra eorum explosione, ut strata
ex eis defunctorum corpora, sal=
tus illos paludosos magno nro
implerent. Mille tum ex Turcis et
Scythis, in acie cæsi fuere; alii
retrocedere coacti, in nemorum
interiora diffugere. Adduxerant
quidem huc secum Turcæ, amplius
qm 10. tormenta bellica; sed ea
in apertum producere non aude=
bant, a tergo non nisi e latebris
montium, contra aciem nostram
fulminantes; eo quod nostri scite

admdm

admdm et dextre collineantibus,
10. iam tormenta bellica, ignivoma
machinarum vi penibus disrupta amis=
sent. In eodem conflictu, vir bellico=
sus Kisko Tribunus Cosacicus, cum
aliis Cosacis, ultra fossam Traiani
pugnandi fervore abreptus, licet
retrahentibus nostris, cum in confer=
tissimos Turcas irruit, captus cum 5.
Cosacis, in potestatem eorum venit.
Cum vero tormentorum nostrorum
continua explosio, et acer pugnan=
tium impetus, Turcas et Scythas in=
genti clade absumeret; provenien=
do longe atrocius excidium, signis
retroactis, ex acie ad unum dispa=
ruere. Quibus iam non comparen=
tibus, aliis vero Scytharum Turmis
a longe ceu ob metum defixis;
datum est spatium, ut eadem die
exercitus noster ad castra redux,
loco opportuno, et 6. Gm milliari=
bus a confinis Patriæ distante,

securius

securius consisterent. Hic ergo extra oẽm periculosam belli aleam posi, tus, supplices immensæ bonitati Di, vinæ grãas egit; qđ in hostico, Ita Hani Scytharum et Turcarum poteã, ac multitudine circumdatus, atqz per dies 12. īr mille discrimina in, cessanter, cum ferocissimis illis bar, baris conflictatus, tantis eorum cædibus, ltaq dedecore, oĩa extrema superasset, cum ex militibus nostris īr tot cruentos illos conflictus 100. non nisi et 60. interierint, prout di, ligenti supputaõne facta, ex conscrip, to copiarum ñro patuit. Idq sub au, gusto Ñnẽ, et felicissimis auspiciis, victoriosissimi Principis nostri, Se, renissimi Regis Joannis, et sub re, gimine prudentissimo, ac invicta Ill̃e bellicosissimorum Poloni et Lithua, ni exercitus Ducum perfunctus, adeo difficili, nec minus glorioso opere, ac in Patriam feliciter rever, sus exercitus noster, ab excubiis castrensibus, et a aparato ad pu, grandum

Exercitus Polo, nus in Patri, am feliciter redux: —

pugnandum animo non recessit, do, nec Turcæ et Scythæ ad barbaros lares plene reverterentur; obser, vando eorum ulteriora vestigia, ne in partes Volhyniæ, et vicinas oras ad prædas agendas more consueto excurrerent, datumqz ne, gotium viro fortissimo Lasko; ut cum 20. alis, quibus præerat in partes illas securitatis ergo con, cederet. Mohylaq Dux Cosacorum per literas admonitus, ut si for, te in ditiones nostras Scythæ irrumperent; prædatrices eorum copias impune grassari non pa, reret; Nuntiata hæc Serenissimo Regi gratissima fuere; qui pro exercitu in terra aliena contra tam immanem poteam laborante nimium solicitus vires militares, quotquot poterat, ad subvenien, dum rebus, adeo in arcto positis colligebat,

colligebat, vicinaeq nobilitatis per edicta sua regia, copias excitabat; ~~vicinaeq nobilitatis~~ donec tandem exercitu in Patriam, post tot fortia gesta reverso exhilaratus, Deoq gratias agens, gravem illam animi sollicitudinem, in uberem laetitiam commutafecit. Jam quoq et in Ungaria Turcarum exercitu versus Budam retrocedente, Carolus Dux Lotharingus et Elector Bavarus, copiis Caesareanis, ad stativa hyberna dimisit, opus eius Anni bellicum finierant; cum interim Angli, Hispani et Hollandi, in mutuum armorum foedus convenissent; quod Galliae Regem pupugit; qui contra armistitium, cum Caesare Leopoldo pactum processus ulteriores bellicos, ad Palatinatum Rheni et interiora Germaniae, in annum sequentem destinabat. —

Annus

Annus Christi 1686.

Armorum contra Turcas et Scythas, inter Principes Christianos inita coniunctio; ut tanto maioris augmento postea firmaretur; missi in Moschoviam Legati nostri, Grzymultovius, Palatinus Posnaniensis, et Oginscius M. D. Lithuaniae Cancellarius, id summa prudentia et animi dexteritate egerunt; ut eo Moschos inducerent; quatenus pro re et defensione totius Christianitatis, contra vim Othomanicam, sociali foedere armarent. Prius tamen de distimitatione confiniorum, et pace perpetua nobiscum statuenda actum est, datisq literis die 15ª mensis Martii, ex ipsa Metropoli Moschovitica id Legati nostri nuntiavere, inter conditiones pacis hoc potissimum agitari; ut Smolenscum et Kiiovia,

Legati in Moschoviam missi, ad coniunctionem armorum contra Turcas cum Moschis statuendam. —

cum

cum suis Ducatibus, Moschovitico im-
perio in perpetuum addicerentur.
Et de Smolensco quidem iuxta in-
formationis suæ puncta, ut iuris
Moschovitici eet. Legati nostri
non difficulter transegerent, sed
de Kiiovia controversia maior
tractatus illos morabatur; Lega-
tis nostris id comissum habentibus,
ut si ad extremum Kiiovia quoq
ad dominum Moschorum transiret,
non aliter de ea paciscerent: ni-
si aliquot miliones summæ pecu-
niariæ, in recompensationem tan-
tæ avulsionis Moschi refunderent,
quod tandem postea a Moschis con-
cessum est; spesq facta ad foe-
dus Christianorum Principum con-
tra Turcas, etiam Moschoviticæ
potentiæ robur accessurum. Paraban-
tur interim omnia apud Cæsarem, Ve-
netos et in Polonia nostra, quæ
tanti belli ingens negotium exige-
bat;

exigebat; atq in consilio apud Regem Se-
renissimum bellico, ad quod exercituum
Duces, et primaria senatus capita con-
venerant, mense Aprili decisum; quoni-
am summa vi armari in nos hostes,
ex captivis constabat; expeditionem con-
tra eos quantotius maturandam, præve-
niendas eorum copias ne in ditiones
Podoliæ primo discrimini expositas, ac-
celerato Marte involarent. Declaraverat
Rex serenissimus in hoc consilio, mentem
suam, se velle cum exercitu Polono et
Lithuano, Cosacis quoq adiunctis, per
Valachiam usq ad Danubium procede-
re, personæq suæ Regiæ, et vitæ non
parcere; modo rebus Patriæ, et toti Chri-
stianitati bene sit, hostisq visceri-
bus suis, infixum gladium vindicem
sentiat. Antequam vero exercitus
noster, in hostium transferetur,
disponi eum tantisper per confinia
Podoliæ sic placuit; ut Rex cum par-
te copiarum ad Stryium, exercituum
Regni Dux Jablonovius, cum altera
parte, ad Usciæ Castellanus vero
Crac: Campiductor Potocius ad Stani-
slavovum

cum

cum suis copiis, porro ad Zbarazium in
opimis pascuis exercitus Lithuanicus con-
sisteret. Paleÿ interim Tribunus Cosacicus,
rem bene auspicatus, Scythas circa Barium
effusos, fortiter aggressus, 400. ex eis in
acie caesis, captis et fugatis reliquis, equis
300. Scÿthicis potitus, turmas illas prae-
dactrices profligavit. Nec distulit pro-
fectionem suam Rex, castrisq. ad Strium
primo, ut statuerat, positis praestola-
batq. hic, donec universus exercitus
conflueret: invitatusq. ab exercituum
Regni Campi Ductore, Castellano Crac:
Potocio, Stanislavovum cum Regina, et
Regia prole sua, ex itinere divertit,
ibiq. satis splendide et magnifice habi-
tus, castris deinde ad Tismienica trans-
latis, urgente destinata contra hostes
expeditione, id accelerabat, ut per Tyram
fluvium universum exercitum, in Vala-
chiam quantocius transmitteret. Hic
ad eum citatis itineribus, Legatus Mo-
schoviticus advolavit, detulitq. lite-
ras benevoli affectus officiosa conte-
statione plenas, in quibus nuntiabatq.
foedere iam cum Christianis Principi-
bus contra Turcas inito, ad declaran-
dum animum suum ad arma paratum,

et

Paleÿ Tribunus Cosacicus Scythas circa Barium profligat

Legatus Moschoviticus ad Regem venit —.

et expeditum, id nuper Moschos egisse; ut
filius Samuÿlavicii Cosacorum, qui trans
Boristenem Moscho parebant, cum Donen-
sibus Cosacis ad irrumpendum in Tauri-
cam destinatus, Scÿthas domi bello gra-
vatos distineret. Quod vero Legati
nostri a Moschis poscebant, ut exerci-
tui nostro copias suas conjungerent,
id nequaquam effici potuit; cum ex
altera parte, a Hano magnae Tartariae,
qui aliquot castella eorum, in confi-
niis, iam per vim occupaverat, expedi-
tione bellica contra eum conversa,
arma et vires distraxissent. Venerat
huc quoq. ad Regem, a magno Turcarum
Vesyro, Constantinopoli expeditus, vir
spectatae Vtis, et rerum gerendarum
dexteritate clarus, Proski Nrae Regiae
apud Imperatorem Turcarum residen-
tis officio, hactenus egregie perfunc-
tus, ex quo Rex intellexit magnum
Vesyrum, praemisso in Ungariam vali-
do exercitu, mox et ipsum Adriano-
poli relicta, eo subsecuturum; cum
iam Caesareanos exercitus, ad Budae
oppugnationem accedere, certioribus
Nuntiis, Regi constaret. Deferebant

etiam

Moschi contra magnae Tartariae Hanum bellum movent —.

etiam captivi, quos Regia pietas, et mu„
nificentia a Turcis Scythisq dato lytro re„
demerat; Sultanum Galgam, ut magno
Vesyro iungeret: cum numerosis Scytha„
rum copiis, in Pannoniam abiisse. Muradi„
num vero Sultanum, contra Polonos de„
stinatum, in campis Budziacensibus
subsistere. Hanum porro ipsum in Tau„
rica remansisse, sed mox propius ad„
venturum: ut quo maior necessitas
incumbet, suppetias ferat. Bassam quoq
Danubio Turcarum iam appropinquas„
se; verum Scythis moram trahentibus,
donec equorum pascua magis succres„
cerent, eorum adventum expectare. at ve„
ro exercituum Regni Dux Jablonovius ad
Usciè, cum parte copiarum dum excubat,
ut præsidiariis Camenecensibus incom„
modaret, delectis aliquot millibus nostro„
rum, cum viri militari gloria celeberri„
mo, cataphractæ alæ suæ succenturio„
ne, Subdapifero Sandomiriensi Chetmscio
versus Camenecum eos submisit, ut se„
getes hostium iam adultas, mense Julio
circumquoq detereret, villas succende„
ret, ferroq et igni oia popularetur.
Delectus quidem ad id primo fuerat,
Thesaurarius Curiæ Regni Krevuscius
heros bellica, virtute insignis, sed ægre
eius

eius valetudo, sub id tempus coorta,
opus præclarum aggredi non permisit,
quod mox prosperè Chemtscio succes„
sit. Cum enim in conspectum Camenecii,
Chetmscius ad Camenecum Tur„cis et Scythis prospere pu„gnat.
cum illa fortium virorum manu venis„
set, Turcæ et Scythæ audatius urbe e„
gressi, inter continuas machinarum belli„
carum fragores, cum eo conflixere; ubi
cæsis captisq pluribus, inter quos Aga
quoq ianiscerorum præcipuus, et Sa„
chinowicz Scytharum perduellium, quos
Lipcos vocant, celebris Tribunus fuere,
reliqui ad munimenta sua fugati
sunt. Nocte vero insequenti 7. prope mil„
libus armatorum, in latepatentia ho„
stium arua immissis, oẽs circumquaq
segetes, messi iam proximas, equorum
ungulis conculcari, et deteri penitus
fecit, hostium gravi mœrore et da„
mno, apud quos Camenecii fames in=
valuerat: cumq eos sæpius in Urbem
fortiter reiecisset; providens tudm
ne cohortes nostræ tormentorum den=
sis ictibus, frustra obicerent: arteq
militari usus a Camenecio versus
Krzywce, ubi carrhaginem castrensem
reliquerat.

reliquerat, exercitum retrocedere iubet, id agens; ut simulato illo recessu, hostes cum omnino abiisse existimarent. Securi proinde mille currus, et cum eis ianiseras, atque agrestes foeni colligendi, lignorumque subvehendorum, supplendi commeatus gratia in vastissimam Kiedobur sylvam cum expediissent; Chetmscius ididem in abditis nemorum latens, e latebrisque illis cum expedita militum manu erumpens rem adeo feliciter gessit; ut mille curribus captis, duobus millibus ianizerorum, et agrestium caesis, praeda opima potitus victor evaderet. Cum vero abeuntem illum, Turcae et Scytha ad duo millia Cameneco effusi, armis ultricibus furentes insequerentur; qui ex eis transmisso Smotric flumine, in extremas eius alas invecti fuerant, irruentibus nostris 200. prope caesi; alii in fuga obstantibus aquarum vorticibus hausti sunt: ipse vero ad castra feliciter redux; bellicosi operis insignem gloriam retulit. Adducti per eum ad castra 40. nobiliores captivi fuere

Ad vastissimam Kiedobur sylvam Turcae iterum a Chetmscio caesi.

fuere, quin et mille pecorum armenta induxere, ditati spoliis milites, auri magno animo, ad ulteriora heroica opera, in oris hostilibus, ad quas iam iussu et ductu regio properabant. Cum ergo castrorum illa moles, iam in confiniis Valachiae constitisset, prius quam numerosae et florentissimae illae copiae in ditiones Othomannico imperio subiectas transirent, pulcherrimo et nullibi visendo rei militaris spectaculo maiestates Regias in castris tum praesentes, mirum in modum exhilaratas fecere. Tota quippe Poloni imprimis exercitus, ceu ad confligendum cum hostibus ordinata acies, die 21. Julii, in oculis Serenissimorum Principum stetit, viris, armis, equis, et exquisito apparatu bellico, spectatissima, cataphractas, loricatas, levisque armaturae, et germanico ritu instructas cohortes distincta: idemque die subsequenti 22da Julii a Lithuanico exercitu facto; qui itidem in alas, cohortes, et legiones suas dispositus, tanto conspectu dignus apparuit; nisi quod equis ex longissimo itinere fatigatis, non nihil laboraret, cum 20. prope et 50. milliaria, molesto illo tractu

Pulcherrimum rei militaris spectaculum.

tractu confecerit, antq̃m castris Polonis
iungeretur. Ut vero specie quoq conflictus
bellici, avide spectantium Principum,
serenissimosq intuitus recrearet, Polonæ
et Lithuanæ cataphractæ cohortes, ex
adverso in se concurrerant, ceu pugna
cum mxe fervet, cruentos adinvicem
concursus representantes, Gallis et ali-
arum nationum magnis Heroibus, qui
tum lateri Regio adhærebant, id sum-
me admirantibus, et nihil simile in
Gallia, Belgio, et aliis exoticis Provin-
ciis, se unquam vidisse affirmantibus.
Res certe fuerat quæ omnino exigebat,
ut attonitos redderet, tanto selectissi-
mi exercitus nro, splendore, itaq in-
structissimi apparatus bellici ma-
gnitudine, in quo 100. prope varii ge-
neris tormenta bellica numerabantur,
cum nitrali pulveris, globorum missi-
lium, et curruum, quibus comeatus ca-
strensis subvehebatur ingenti copia;
quam Legatus Sedis Apostolicæ Pala-
vicini, satis abundantem, et tempe-
stive conquisitam, sumptu Pontificis
Mxi suppeditaverat. Post hæc exhibita
rei bellicæ spectacula, die 23ª Julij
postq̃m

postq̃m Rex Consorti et proli suæ Regiæ
valedixisset, Polonas primum copias,
cum impedimentis castrensibus, Lithua-
nas deinde et Cosacicas transmisso
Tyra flumine, in Valachiam procedere
iussit; relicto ad Jablovecium Castel-
lano Chelmensi Druskiewicio cum 1500.
Equitibus, ut excursionibus a Camene-
co haud dubie impendentibus obviam
iret, hostesq infestaret et in absentia
Regis maiora ausurus observaret.

Rex cum universo exercitu in Valachiam venit.

At in oris iam hostilibus Regi consti-
tuto, prima quæ exercitibus nostris
negotium smpr facessit, sylvestrium
Bucovinæ angustiarum, et fossæ Traja-
ni difficultas supperanda occurit, per
quam traductis feliciter copiis, ut se-
curitati et commoditati ex castris
et ad castra commeantium melius
consuleret, duo fortalitia ex arte mi-
litari bene munita ad introitum et
exitum Bucovinæ Rex cum erigi man-
dasset, inspexit ipse. et pro aliis op-
portuno situ erigendis, contra faciem
Tauricæ loca disposuit. Adfuere hic
iterum

iterum Cosacorum Legati, Regiq nuntia-
verunt, cohortes eorum cum Scythicis
ex alia parte cis Tyram proeliari iam
coepisse; quas Rex ad strenuè coepta,
constanter et fortiter continuanda co-
hortatus, munifice donatos, et lauda-
tos dimisit: ipse castris circa diem
9. mensis Augusti ad Stepanovice
motis, cum iam Metropolis Valachiæ
qm Jassi vocant, in proximo eet, hic
non nihil cum exercitu constitit,
ut Palatini et Procerum Valachiæ,
misso ad eos diplomate suo Regio,
animos exploraret. Verum Palatinus

Palatinus Valachiæ ad Palatinum Moldaviæ profugit.

Turcarum offensam, et poteam Re-
gis veritus, illico ad Palatinum Mol-
daviæ profugit, Regem per suppli-
ces literas deprecatus; ut veniam
daret, excusatumq haberet, cum li-
beros suos Turcis in obsides ser-
vandæ fidei dedisset, ac ideo castris
Regis cum parte copiarum suarum
coniungi non posset. Expediverat
quoq Rex, ex his ad Stepanovice

castris

castris literas, ad Palatinum Molda-
viæ, et Principem Transylvaniæ; quibus
eos invitabat, ad arma socialia, con-
tra coeum Christianitatis hostem
summenda, praesertim in tta oppor-
tunitate, et vicinitate exercitus
sui, cum etiam vires Turcicæ, passim
fatiscerent, contra venetos in Re-
gno Moreæ bello maritimo, contra
Cæsareanos in Hungaria, circa Bu-
dæ obsidium graviter laborantes.
Sub id tempus tria millia Scytha-
rum Jassios venerant ex campis
Budziacensibus, a Moradino explo-
ratum missa, ut de Rege et eius
exercitu certiora referrent; sed
cum Scythæ intellexissent, Vala-
chos deliberare, quam Regi Polo-
niæ diplomate eius accepto, vo-
luntatem declararent: ad Muradi-
num iterum propropere abierant,
et qnta cum vi armorum, Rex
provincias illas ingressus, Turcis
et Scythis

immineret, retulerunt. Ferebat quoque Sum Bassam Turcarum, Danubio superato, cum exercitu tendere; quod Regem proelia poscentem, ad Heroica opera animabat; sed angebat exercitum pabuli defectus, ob nimiam aestatis illius siccitatem, non herbis tantum, sed stagnis quoque aquarum, et fluminibus funditus exarescentibus. Declaverant tandem Valachi missis ad Regem Nuntius, omnia se ex eius voluntate facturos, pronamque subiectionem deferebant; quorum Metropolim Rex pacifice adiit, et receptus atque hic honore summo et plausu exceptus, et diebus aliquot commoratus, ut hostes in visceribus suis conficeret, locis quantumvis iniquissimis, exercitum in eos duxit.

Metropolim Valachiae Jassi dictam, Rex in potestatem suam recipit.

In partibus Ungariae interim Budae obsidium Caesareani, Ducibus Carolo Lo-

Lotharingo, et Electore Bavaro acriter urgebant; Turcarum quoque praesidiariis, et incolis Budensibus validae oppugnationi fortiter obstinate resistentibus; ut potius loco, natura et arte munitissimo confisis, spe subsidiorum a magno Turcarum Vezyro, brevi submittendorum haud dubia fretis. Circa initium mensis July, circumvallatio Urbis, opere bellico iam a Caesareanis perfecta fuerat. Machinae bellicae locis opportunis crebro disposita, quibus moenia continuo quassata, vasto ruinarum hiatu fatiscebat: ignitorum globorum missiles iactus in Urbem et arcem densissima grandine ferebantur: cuniculi subtus munimenta hostium ducti, nitratique pulveris grandi copia ad concipiendam flammam instructi, toties iam non sine obsessorum strage accensi detonuerant. Verum haec Turcas in proposito suo barbare obfirmatos nequaquam movere poterant,

Buda a Caesareanis obsessa.

cum

cum in Cæsareanos ex urbe machinis bel-
licis pariter detonarent, ignitos globos
passim iacularentur, cuniculos subtera-
neos contra opponerent, et sæpius
accenderent, eruptionibusq totics fac-
tis cum Cæsareanis cruenta cæde, et
vario eventu congrederentur. Molesta
hæc, et noxia militi Cæsareano fuere;
optabantq plurimi, præsertim ex hono-
rariis, Urbem potius generali obsi-
dione aggredi, quam sensim in muni-
mentis et castris perire. Sed dux Lo-
tharingus caute et prudenter oia cir-
cumspiciens differebat interim extre-
ma vim oppugnaonis; donec operi
huic summè arduo per cuniculari-
os, et operarum bellicarum Præfectos,
cuncta necessaria sufficienter pro-
pararent. Non poterat tamen ardor
militum, ac præcipuè voluntario-
rum temperari et quiescere; quos
protervia hostium, et iactura im-
pune cadentium commilitonum
vehementer stimulabat, ut citra
mentem Ducis Lotharingi, et non
communicato
cum

cum aliis plene consilio, audacius, et
ferventius quam expediebat, ad oppu-
gnandam urbem prorumperent. Ergo
nimio calore rapti, ad munimenta
hostium magno impetu procurrunt,
in medios ignes et discrimina ru-
unt, Turcas præsidiarios ex urbe
provocant, in cuniculum subtera-
neum ab iis paratum ex improvi-
so incidunt, eoq succenso graviter
periclitantur, multi ex præcipuis
interierunt, quibus cadentibus, alii
consternationem augent, nunc dif-
fugiunt, nunc glomarentur, nunc
hoste instante rursus præcipites
agunt: oibus ad extremum retro-
cedere coactis, ausumq inconsultum
sero damnantibus. Cecidere in eo
infelici assultu, ex Cæsareanis
prope, mille quingenti, vulnerati
plurimi, quos ir Dux de Triqui
Gallus vir animi fortissimi, sed
plus nimio ardentior: Dux quoq
de

de comercis heros eximius: occubuit
quoq hic vulneratibus confectus, fi-
lius naturalis Regis Angliæ, sed ex
inde felix quod heresi abiurata in
fide Romano Catholica obierit. Mul-
ti insuper alii ex Anglis, Hispanis,
Germanis viri præcipue in bello vir-
tutis et auctoritatis occubuere. Ex
hostibus vero cæsi et vulnerati
prope 400. cum Viceprefecto Urbis
obsessi Sn quamvis nro diminu-
crentur, clade nihilominus illa,
et infaustu successu Cæsareani
militis animos erexerant. Dolen-
dum id Lotharingo Duci, et omni-
um iusta miseraone, altoq gemi-
tu exceptum: vel ipso Sn casu ad
consultius et cordatius agendum,
heroicas mentes excitans, auxit
obsidii curas maiores, promovitq
bellicas operas; cum Lotharingus
ex adverso Urbis vix ab ea passum
vicenorum spatio distans, novum
opus

opus militare excitari iussisset, 24.
tormentis bellicis instructum, ut ex iis
in proximas turres indesinenter ful-
minaret. Actum quoq cuniculis subte-
raneis, et ignivomis globis, nuper ab
Hispano quodam talium operarum, mi-
ro artifice inventis. Sed nec Turcæ stre-
nue defensioni suæ defuere; qui ut
ab ignitis iaculis Urbis incendia a-
verterent, summa ædificiorum tecta
deiecerant, atq in cavernis intra Ur-
bem profunde defossis latitabant,
cumq Electoris Bavari milites, fossam
arci proximam occupare, et ex inde
ad arcem ipsam evadere statuissent.
subodorati id Turcarum presidiarii
contra eos armati processere. Fit utrinq
conflictus acerrimus, minori Sn Bava-
rorum quam Turcarum damno, quorum
200. prope cæsi, fossam cadaveribus
impleverunt, locumq dederunt Bava-
ris, ut et fossa illa, et vicinis ei mu-
nimentis potirentur.

Inciderat sub id tempus in manus
Germanorum qui exploratum missi fu-
erant, Turca quidam nobilis, qui li-
teras

literas a magno Vezyro, ad Præfectum
præsidiĩ Budensis deferebat, nuntian-
tes ei validum subsidium, quod iam
expediverat in proximo adĕe, atq ut
vim appugnantium constanter perfer-
ret, adhortantes: ex quibus literis Dux
Lotharingus, consiliorum et subsidi-
orum hostium certior factus; cum id
quoq cohortes in excubiis agentes,
passim deferrent, re communicata
cum Primoribus militiæ Cæsareæ de-
crevit et oppugnaoni urbis gravi-
ter insistere, et cum hostibus si in-
gruerent, proelio decernere. Deligit
ergo ad id Dunevaldium, Caprāram,
Heslerum, et alios Legionum Tribu-
nos; ut cum expedita peditum, et

Augusti 20. mil-
lia Turcarum dum
castra Cæsareanos:
adoriunt: ab iis-
dem profligant:-

Equitum manu, hosti animose occu-
rant, qui die 14. Augusti 20. prope
millibus copiarum subnixus, sum-
mo impetu Cæsareanos aggressus est.
Exceperant eum primo Equitum cohor-
tes, cumq aliquandiu fortiter susti-
nuissent, vim tandem nimiam ferre non
valentes

valentes, nutare coeperant: sĕd robur
peditum mox succedens, furorem illum
barbarum, valido occursu repressit,
fregitq ianizerorum confertissimam
aciem, instante Dunevaldio, et aliis
Ductoribus fortissimis: quorum ductu,
et pugnantium virtute constitit; ut
hostis ad extremum turpiter reiectus,
et in plana camporum cursu præcipi-
ti effusus, ad latibula castrorum
suorum via evaderet. Persecuti sũt
eos victores Cæsareani quoadusq
nex altior non incubuit, cæsis in acie,
et fuga amplius, quam duobus milli-
bus, magnoq nr̃o vulneratis; captis
signis militaribus 15. aliquot machi-
nis bellicis receptis, nec inductis Bu-
dam, quod illi mx̃e avebant, ad au-
gendum præsidium ianizeris. Quod qui-
dem licet in oculis obsessorum Tur-
carum actum fuerit, pertinacissi-
mam eorum rabiem nihilo mansue-
tiorem reddidit: ad quos die crastina
quæ fuerat 15. Augusti, cum Dux Lotha-
ringus

mis.

missit, ut illo suorum malo edocti sa,
perent, deditionemq cogitarent; nega,
runt id se unquam facturos, quinimo
novo superstitionis Machometanæ iura,
mento, se adinvicem obstrinxerunt; ut
deditionem urbis non ante desererent,
donec ad unum oës internecione dele,
rent: Hinc ut contumacissimam auda,
ciam, et ingentes spiritus Cæsareanis
ostentarent, ignitos manuales globos,
in oës frequentius deicere, saxa ingen,
tia ex alto devolvere, ignibus subte,
raneis munimenta eorum succendere
demolirig, undiq nocere, extrema oïa
tentare; et quamvis ubiq profliga,
rentur, cæco tn impetu in exitium
ruere, arcem iam a Bavaris captam
irrito conatu rursus aggredi; fata,
lem interitum suum iam brevi immi,
nentem, quasi ex manibus iustæ Ne,
mesis Divinæ extorquere acrius coe,
perant; iudeis præsertim instiganti,
bus, magnamq vim pecuniæ præsidio

Judei Turcas Budæ adsisten, dum inflammant.

Turcico offe,

offerentibus; ut per oïa summa discrimi,
na Urbem quamvis iam fatiscentem fætoreq
cadaverum non sustinendo tabidam, mordi,
cus tuerent: quod Romæ quoq auditum, gran,
dem populi et satellitum contra iudeos
tumultum excitaverat, longeq majorem
excitasset, nisi aulica Summi Pontificis
militia tempestive advolans, motus
illos violentos sedasset. Advenerant
interea, castrisq se Cæsareanis iun,
xerant, cohortes Suecorum auxiliares,
recenti subsidio opportuno, armis et
viris optime instructæ, rebusq ge,
rendis pares; cum Turcarum Vezyrus
ob stragem suorum frendens, dirisq
ultricibus lymphatus non cessabat
experiri oïa, ut Præsidio Budensi
tot cladibus exhausto subveniret. Qua,
re duobus millibus ianizerorum, ut fa,
cilius perumperent, equos conscende,
re iussis, quibus mille Equites Turci,
cos, quos Spachos vocant, Scythasq
1500. adiunxerat per stationes Germa,
nicas, tota vi, ut ad Urbem eniteren,
tur severissime mandavit. Quod illi

die

Die 29. augusti Turcae rursum Caesareanorum adorti caesi ab eis et fugati –

die 29. Augusti, prope desperato, dum
tentant exequi, a Caesareanis misere ite,
rum profligati, mille quingentis suorum, et
30. signis militaribus amissis, rem fru,
stra tentatam cruenta caede, et turpi fu.
ga exolverunt.

Triduanum vi. enne ieiunium pane et aqua indictum.

Haec dum Viennam ad Caesarem Leopol,
dum deferentur tanta hostium obsti,
natione, et tot cruentis exercitus sui
conflictibus commotus, ad imploran,
dam opem divinam, triduano indicto
ieiunio confugit; quod et ipse, cum tota
aula sua Caesarea strictissime observa,
vit, humiliter supplicans, ut dextera
domini, adeo sanguinolento operi fi,
nem optatum imponeret. Nec avertit
faciem suam Dominus Deus exercitu,
um, a ieiunantibus, et humiliter
supplicantibus, deditque mox victori,
am tanto sanguine partam, hosti,
umque Buda excidio et lamentabili
tumulo famosam. Cum enim Dux Lotha,
ringus, ex Literis ad Vezyrum a Prae,
fecto Budensi datis, prope cognovis,
set; Turcas quantumvis obstinatissi,
mos, iam in desperationem agi, rebusque

suis

suis diffidentes, non posse subsistere,
tormentis bellicis Urbis moenia ve,
hementius concutere, globos igni,
tos densius in obsessos eiaculari,
cuniculos subteraneos frequenti,
us et horribilius succendere, die noc,
teque irrequietis aggressionibus insta,
re, fossas implere, munimenta ho,
stium funditus demoliri Caesarea,
nos iubet: cumque iam hoc Turcas incon,
ditis eiulatibus, non conclamare
tantum sed ululare audiret; disposi,
tis ad id Germanicis, Bavaricis,
Brandeburgicis, Suecisque legionibus
generalem omnibus oppugnationem
die 2a 7bris incidit. Invocato igitur
auxilio Divino, summo nisu, et to,
tis viribus oppugnatio coepta, cum
maxime fervet; opportuni ad id igni,
bus subteraneis emota turris Ur,
bana, procelsa et valida concei,
dit: cuius ingentia rudera, et frag,

Die 2a 7bris Buda à Caesareanis per summam vim ingenti Turcarum excidio coepta –

menta

fragmenta, cum intra Urbem corruissent,
vasto moeniorum hiatu aperuere viam
oppugnantibus: qui per struem cadave-
rum hoste fortiter submoto, cum ad in-
teriora urbis penetrassent, horrendis
õia caedibus, usq ad mulierum et infan-
tium internecionem complevere. Cecidit
et ipse Bassa praefectus Budensis īr
cadavera deinceps, cum stricto et cru-
ento gladio inventus: cecidere ianisse-
ri promiscua caede consumpti; in iu-
deos quoq saevitum atrocissimè; et cum
in potestatem victorum õia venissent,
immanis pervicaciae suae tantiq pro-
fusi sanguinis ultorem gladium, in
defensoribus suis senserunt. Actae po-
stea Deo victori immortales grãe,
cessatumq ab ulteriori excidio, tribus
millibus captivorum receptis, iudaeis ve-
ro qui supererant, ad reficienda moenia
Urbisq munimenta compulsis. Hac in-
signi victoria Viennae, Romae et per
totum orbem Christianum divulgata,
ubiq īr devotas et supplices Deo prae-
potenti gratiarum actiones, summa
õium laetitia triumphales ignes ac-
censi

accensi sunt. Eadem quoq die auspica-
tissima Innocentius XI. Pontifex max.
instructu plane Caelesti, ac ut tum
ferebatur, Sanctimoniali quadam
Virgine eidem Divinitus revelan-
te, diem illam victoriae Christianor.
ad Budam Coelitus destinatam ẽẽ,
27. S.R.E. Cardinales Romae creavit;
quorum creationem vel ideo differe-
bat; ut maiores sumptus, rebus
Christianorum bellicis suppeditare
posset; et quia id huic victoriosissimae
diei, ad augendam tanto maiorem
laetitiam, divinitus forte servabat;
Creati inter hos ex natione quoq no-
stra Polona duo eminentissimi vi-
ri, nimirum Michael Radziejowski,
Episcopus et Dux Varmiensis, Au-
gusto Regum sanguine, summaq
virtutum gloria illustris, et Joan-
nes Casimirus Donhoff Abbas Cla-
ralumbae, ob eximiam pietatem, vi-
taeq integritatem, Innocentio Pontifici
unice

Eadem die ab In-
nocentio XI. Ponti-
fice Mxo 27. S.R.E.
Cardinales Romae
creati —

unice dilectus. Legatusq in Polonia A-
postolicus Opicius Palavicini, ea-
dem creatione, in purpuratos Patres
adlectus est; triumphante in tot sa-
cris purpuris Ecclesiæ; tanto nu-
per ad Budam triumpho coronata.
Gratulatus quoq est idem Pontifex
Cæsari Leopoldo, insignem hanc vi-
ctoriam, ut primum de ea inaudi-
it; cumq Budensia moenia et pro-
pugnacula, ob vim tanto oppugna-
tionis extremè labefacta, et di-
ruta cognovisset: 100. millia num-
muum scutatorum, ad impensas
restaurationis, Viennæ numerari
iussit, moxq et Cæsar ipse 300. fa-
bros murarios Budam submisit,
navibusq cæmentum, et omnia restau-
rationi necessaria, prono Danu-
bio devehi mandavit. Porro inter ru-
dera Budæ, et cavernas, ad igneos
cunicularios effosas, inventa sunt
4. tormenta, vastæ magnitudinis

4.

4. Evangelistarum nominibus, et ico-
nibus insignita. A. D. 1416. fusa, et
~~amplius librarum fuerant~~ prout
inscriptio eorum testabatur; quo-
rum globi 160. et amplius librarum
fuerant. At Vezyrus expugnatæ
Budæ infelici eventu perculsus,
motis versus Essecum copiis, ponteq
ibidem saluto, cum ad tutiora pro-
perat; ut Albæregali succurreret
commeatum, et duo millia ianisse-
rorum in eam induxit, quorum
plurimi consternatione illa ab-
repti, una porta cum introissent,
altera diffugere; aucto metu lon-
ge maiori cum insignis Tribunus
Cæsareus Carapha, una cum su-
is legionariis, ad suburbia Albæ-
regalis advolasset, magnamq vim
pecorum abegisset, Turcasq ad
arctiora redegisset. Ex consilio
deinceps bellico Præfecti militiæ

Turcarum Vezy-
rus cum exerci-
tu propere re-
trocedit. —

Cæsareo cum

cum Equitatum Germanicum tam diu cir-
ca Budam moratum, equorum pabulo
laborantem, et tot cum hoste conflic-
tibus extenuatum viderent; ut perse-
quendis Turcarum copiis, minus ido-
neum, continere potius, et ad stati-
va pascuaq meliora reducere decre-
verunt; quamquam venissent postea ad
Ducem Lotharingum, Vienna à Caesa-
re missae literae, ut Turcas consterna-
tos persequeretur, cum iam Vezyrus
extra limites Ungariae evasisset. Ar-
morum Caesarii hoc ad Budam feli-
ci successu, Serenissimus quoq Rex
Joannes in Valachia post non modi-
cam cladem, per heroem fortissimum
Rzewuscium, Thesaurarium Curiae Re-
gni, in Scythis caesis profligatisq
die 24. Augusti editam, versus Danu-
bium cum Exercitu tendens; cum ex
praemissis eo cohortibus, Regiones il-
las extreme desolatas, pabulo et aqua
carentes, nimio solis ardore penitus
exustas, ac ideo exercitui sustinen-
do, impossibiles didicisset; inito cum
Ducibus exercituum consilio, per flu-
vium Prut dictum, copias retro trans-
mittere statuit, ubi quoq Regi Serenis-

simo

Die 24. Augusti Scythae in Valachia a Rzewuscio caesi.

Serenissimo referebant, qui versus Da-
nubium submissi fuerant; quod in cam-
pis illis invenissent Cosacos, a Scythis
crudelissime mutilatos; quos praeci-
sis manibus pedibusq semivivos
relinquebant, ut ita antequam animam ex-
halassent, atrocius cruciarent: Im-
pendebant vero castris nostris,
octo millia Turcarum, cum aliquot
machinis bellicis, et triginta pro-
pe Scytharum millia: sed varie
dispersa, et nunquam iusto praelio
aggredi ausa, a tergo non nisi, et
lateribus exercitui imminentia.
Cum igitur fluvium illum ponte su-
perimposito exercitus noster cum
tota castrorum carrhagine coe-
pisset, Turcae et Scythae horribili im-
petu in cohortes extremas invecti,
sed eximia earum virtute et fortitu-
dine caesi ac repulsi, ac eundem plu-
rimi fluvio hausti sunt. Permonta-
na deinde et sylvas effusi, atq

ex

Crudelitas Scytharum in Cosacos.

Turcae et Scythae ad Prutum fluvium pulsi iterum et caesi.

ex latibulis illis prorumpentes, vel incircumspectos carpere, vel in pabulatores longius a castris provectos, invehi non cessabant. Alii vero in campis Cecorensibus haerentes, cum oia virentia in pascuis circum, quaq exussisset, exercitui nostro ne ad eos penetraret, mille obstacula et incommoda obiecere quod litera Serenissimi Regis uberius explicant, ad Druskievicium, Castellanum Chetmensem die 29. 7bris data, qui ad avertendam a Cameneco vim, cum aliquot cohortibus, circa Jaslovecium excubabat, quarum quidem literarum tenor hic est:

Generose,
Nobis sincere dilecte.

Post illum conflictum quo Scythae die 24. Augusti conflixerant, cum Generoso Thesaurario Curiae Regni, post,
quam

postquam advertissent non successisse, bi quod proposuerant, quamvis valido impetu, et magno numero aliquoties copias aggressi fuissent; quinimo notabili strage sua retrocedere coacti fuerint. Conversi sunt ad modos fraudulentos, hoc est in omnibus campis herbidis, fenum exuserunt adeo, ut montes et arva circumiacentia ceu carbones igni consumptos fecerint. Cum itaq manifeste pateret, rem esse impossibilem, ex illa parte exercitum procedere posse, praesertim cum a fluvio Prut, usq ad Tyram 15. milliaribus aquis omnino exsiccata fuissent, Scythae vero non tantum herbida ubiq loca, sed et villas proprias exurere constituissent; visum est nobis transire, ad citeriorem ripam fluvii Prut, prout intra biduum ponte superim, posito transiimus. Cum vero hoc tractu exercitus procederet, versus campos Budziacensis, ecce hic in loco a Saley sic dicta, uno Ilm miliari distante, cohortes exploratum missae
versus

versus Galatium renuntiarunt nobis;
in locis illis Danubio vicinis non
tantum campos esse desolatos, sed pe-
nitus omnia radicitus exusta, nullasque
omnino villas extare; homines tantum se-
mivivos vix superesse, qui non col-
ligebant, nec metebant, sed frange-
bant reliquias milii nundum ple-
ne exusti. Ubi vero quantulacunque
portio, alimentorum inveniri posset,
appropinquante exercitu nostro, omnia
in cineres et favillas redigere in-
colae illi constituerant. Porro cum
proposuissemus versus Moldaviam,
et fluvium Seretinum indagare
viam, ubi nec modas, nec tractus
fuerat alius, nisi cum exercitu
progredi 6. aut 7. milliaribus Vala-
chicis, per montana sylvestria,
et loca deserta, absque ulla aquae gut-
tula. Adeo etenim Anno iam tertio
hisce in Regionibus, nimia siccitas
non tantum fluvios minores, et aquas

stagnantes

stagnantes, sed flumina quoque maiora
exusit et exsiccavit, ut fluvius qui
nunc Drieza vocatur apud antiquos
hystoricos satis celebris, ubique loco-
rum in tantum exaruerit; quod in
ipso eius fundo putei effodiantur
4. vel 5. ulnas profundi, et aqua pos-
sit in iis haberi. Ex illa vero parte
versus campos Budziacenses nul-
la convallis minimum, in se fontem
continere potest: atque sic tota Regio
Valachica, a locis montanis usque ad
Tyram fluvium caret aqua, praeterquam
in fluvio Prut, Tyra et Sereto; in mon-
tibus vero non tantum herbi dum ōe, sed et
terra exaruit, atque in cineres abiit. Ex
his proinde rationibus iter directa-
mus Hukum versus, ut Scythas cum
Ductore suo iam copiis unitis prope
haerentes, ad partem hanc deducere-
mus; verum illi ex parte altera lon-
gius a nobis, et per montes excel-
sos, turmas suas continent, et non
nisi ex aliquot machinis bellicis
versus Prutum fluvium descenden-

tes

descendentes, castrorum nostrorum
carrhaginem, per ea loca inceden-
tem impetere coeperant; sed postqm
ex tormentis nostris, in eos fulmi-
nari coeptum est, ipso non nisi fumo
indice, nec enim machinæ eorum, nec
ipsi videri poterant, illico quieverunt,
et ex illis locis sylvestribus in mon-
tana diffugerunt. Raptim quoq Scy-
thæ quoties transeunt, in alteram
Pruti fluvii ripam, præter manda-
tum Sultani toties per Dei gratiam
a nostris fugant, et in fluvium
præcipites agunt: et globis sclo-
petariis vel intereunt, vel sauciant:
adeo ut nudius tertius capti re-
tulerint, multos ex iis quotidie vul-
neratos redire; atq ad loca Bu-
dziacensia eos remitti. Propterea
Soltanus prohibet eos, ad partes
nostras transire, cohortesq nostras
impetere. Statimq ergo talibus cir-
cumstantiis, ulteriora consilia
nostra, quæ subsequentur, alia oc-
casione nuntiabimus. Nunc igitur
qm

qm diligentissime omni circumspectio-
nem volumus esse fidelitati suæ com-
mendatam, ne eo aliquæ turmæ Sci-
thicæ recentiores irrumpant; nam
hi qui nobis vicini sunt, adeo ha-
bent equos fatigatos et extenuatos,
ut id forte tentare non audeant. Ju-
timari hoc debet, etiam remotioribus
locis, messis enim agrorum iam expedi-
ta. Percorta a Sniatyno navigiis ali-
moniam deferentibus reficienda est,
quoniam vero in locis Budziacensi-
bus sub id tempus nemo remansit,
præter pecora derelicta, alicubi ve-
ro præter uxores, quas pauperiores
ad vicinas Danubio regiones deve-
here non poterant, præterea ad depo-
pulationem eorum, nunqm commo-
dior Cosacis occasio oblata fuit, præ-
sertim ab illa parte Boristenis, namq
hic 40000. millia Valachorum, totam
Budziacensem Regionem, igni tolle-
re, et depopulari in animo proposu-
erunt: quare confluant omnes Cosaci
Sorokam, cui præsidium imposuimus
militum nostrorum, eiq destinatus
vir

vir insignis Doroszenko cum aliquot centenis Cosacorum. Cum igitur conflu-
unt ex oppido Niemierow, et hi qui ad fidelitatem tuam convenerunt, et si possibile est, etiam Zaporosen-
ses huc inducere Cosacos; ingen-
ti damno hostes afficerent, sibi ve-
ro incomparabilem prædam, et am-
plissima spolia pararent. Literas ad Doroszenko hoc in negotio direc-
tas, ad manus fidelitatis tuæ trans-
mittimus, quas transmiseramus per Valachos quosdam, qui inci-
derant in latrocinantes. Ordinet proinde fidelitas tua id quam optime, et ad res hujusmodi agen-
das inflammet alios prout necesse expedit. Amzam Agam, quod huc-
usque fidelitas tua retinuerit sa-
tis optime factum, retineriq. debet, ad ulteriorem nostram dispositio-
nem. Quia vero plurimum interest, ut literarum transmissiones secu-
ræ possint esse, generosus vero Za-
borowski

Zaborowski cum una militum suo-
rum ala, negotium huic sufficere, non potest; proinde fidelitas tua cu-
ret illi majorem numerum militum adiungi, cui interim bonam a Deo voluntatem optamus.

Ex castris circa campos Cecorenses.

Liquet profecto ex hisce literis Regiis, quam operosum fuerit, ho-
stem fugacissimum in Valachia que-
rere, in illa pabuli, annonæ, et aquarum inopia; ipsa quodam modo rerum natura obnitente et elementis omnibus infestis: cum Tur-
ca et Scytha ad manus tota acie conserendas, elici non possent; sed furtim non nisi, et ex improvi-
so instarent, iisq. potissimum in-
sidiarent: qui non servatis ordi-
nibus vel pabuli, vel prædæ gratia longius ab Exercitu provehebantur. Hoc agebant vestigia castrorum, undiq. insecuti hostes, ut quoties

vel

vel per loca vadosa, vel per tractus angustos iter inciderat, vel flumina superanda fuere, toties conglobatis agminibus, ac velut furentibus similes, in nostros cum iniquitate locorum colluctantes irruerent; ubiq; tn ñ sine strage, nec sine victimis cadaverum passim in campo relictis. Inter hos sæpe geminatos, et recrudescentes conflictus occubuerat vir et senator æterna memoria dignus, Palatinus Podoliæ Luzevius, magni ut heroas Polonus Rnis, multisq; expeditionibus summa cum laude perfunctus; qui cum incautius contra Turcas et Scythas, in aciem provolasset, equo acriter adacto et mox succumbente, ab hostibus undiq; circumfusis interemptus, funesto illo casu oĩum dolorem meruit. Cum vero hostes nunc exercitui insisterent, nunc remotius ab eo elongati

elongati rursum præcipites incumberent, ac deinde instar vulturum momento avolarent; Rex prudentissimus inducere eos in loca difficillima conabat: præsertim in Striium fluviorum non longe a se distantium angustias, verum barbari quo ducerentur haud ignari sensim cum copiis retrocessere penitusq; per aliquot dies ad finem 7bris disparuerant, ut Regis cum exercitu progressum observarent. Transibat interim Rex per illos in Valachiam tractus, in quibus arces et oppida in potestatem suam redacta, sita fuere; ut in iis præsidia cohortium vel imposita augeret, vel nova imponeret, cumq; ad Szocavam castris positis id ageret, ac deinde per fluvium eius Rnis copias transmitteret: amplius q̃m ~~centum~~ 10. millia Scytharum Regem inibi assecula, turmis undiq; confertissimis exercitum

exercitum aggredi, extremasq vires
tentare, ut repentino illo incursu,
nro et impetu praevalerent visa sunt.
Sed imperterita militum nostrorum
Vtte excepti, et cum clade reiecti,
statuerunt insequenti die quae fuit
3a 9bris frontem exercitus nostri inva,
dere, turbatamq aciem in discrimen
conicere. quod cum Regi innotuisset,
sciens ille cum Scythis aperto campo
congredi, idem ee ac ventos perse.
qui, ad alium contra eos modum con,
silia vertit: promulgari nimirum
iussit, ut cohortes Valachicas, quae
tum praesentes in castris nostris ad-
erant; cum quicunq de Scythis rae.
tem illam agentibus, certum aliquot
et exploratum haberet, nuntiaretq
200. imperialium mercedem habiturum.
Strenue id factum a quodam Vala,
cho, qui cum intra unum miliare
Scythas noctem agere rescivisset,
Regio nuntiasset, egregii operis lau,
dem retulit, et proemio promisso
donatus est. Expeditae sunt igitur quan,
tocius

quantotius iussu Regio cohortes quibus The-
saurarius Curiae Regni Venator ac M. D. Li-
thuaniae Dincerna Praefecti, singulari dex
teritate, et felici successu, rem sibi commi,
ssam exegerunt. Cum enim horis antelucanis
ocius advolassent, Scythasq nihil minus
sperantes invasissent, consternatione, et
subita caede facta profligarunt saeva illa
agmina passim cadentia vel diffugientia.
Verum id diluculo, latebat alios Scythas
qui circa meridiem ut in eos convenerant,
die 4a 9bris adfuere; sed et isti eadem
nostrorum Vtte caesi, superati, fugatiq,
ac 300. capti complementum victoriae no,
bilius clade sua reddiderant; quod in
illo instabili et praecipiti hoste, magnum
utiq et rarum fuerat. Clades certe haec
gravis et luctuosa hostibus accidit,
cum in ea ceciderint ex aulicis Hani
ipsius et Muradini Soltani comita,
tu, praecipui quoq viri, et bellicosi;
quibus cum potestate praefuerat socer
ipsius Hani, ante Viennensem vic,
toriam legatione perfunctus. Ex nostris
vero militibus tres non nisi fuerant
desiderati, quod victoriam illam tan,
to gratiorem fecerat. Exibuit quoq in
hoc

Die 3a et 4a 9bris Scythae ab exercitu nostro notabili clade profligati.

Serenissimi Jacobi Poloniæ Principis bellica in hoc conflictu virtus—

hoc conflictu, summa virtus, et pugnacissima indoles Serenissimi Jacobi Poloniæ Principis qui paternam virtutem æmulatus adscito secum viro forti Radecio, et aliis bellica gloria claris heroibus, in turmas Scythicas impetu facto, fortiter et feliciter cum eis conflixit: Scythamque non exigui nominis, quos illi Murzas vocant, manu propria captum, Serenissimo Regi, Parenti suo in pignus bellicæ virtutis præsentavit: qui ob hanc victoriam Deo immortali supplices gratias agens, ut per Poloniam quoque humiliter et triumphaliter agerentur datis ad Serenissimam Reginam consortem suam literis, iniunxit. Cum Scythæ etiamsi cavea clauderent: nunquam tanto nostro et tanto virorum fortium damno occumberent. Patuit quoque ex inde quantum profuerit Patriæ nostræ; quod Rex tantam

Turcarum

Turcarum et Scytharum colluviem in alienis oris bello distinuerit, totiesque superaverit; quod hoste intra fines nostros admisso, absque ingenti populorum, et Provinciarum iactura fieri non potuisset. Accepta hac funesta plaga Scythæ, quantumvis contumaces, ac velut feræ irritæ, etiam cruentis faucibus in venabula ruere soliti; abigere tamen retrorsum cum barbaro fremitu; dumque cædes ac vulnera sua computant, exercitui nostro iter securius, et a continuo periculorum metu respirium, per tot ardua quæsitum reliquere. Non constabat adhuc Regi, inter tot curas bellicas, et difficiles aditus posito, certum quidquam de Buda expugnatione: qui nimo Vezyrus Turcarum, ut Scythas in rabie suo obfirmaret, et inflammaret contra nos ardentius. Cæsareanos a Buda turpiter rejectos, fugatosque recessisse, commentitiis inter eos literis divulgabat. Hoc agebat quoque Bassa Præfectus Camenecii, cui Druskievicius Castellanus Chełmensis, cum nutiari

fecisset

fecisset Budam a Cæsareanis fortiter
et gloriose expugnatam, in potesta-
tem eorum iam concessisse; ille ut con-

Bassæ Præfecti Camenecensis, inane de Buda commentum.

sternationem præsidii Camenecensis
averteret, contrarium promulgari fe-
cit, nimirum Cæsareanos circa Budam
oleum et operam perdidisse, irritoque
conatu, 260. machinis bellicis relic-
tis, cum strage cruenta abiisse: atque
ob eam rem ignes triumphales accen-
di, ludos et plausus varios insti-
tui, et ut in circuitu Urbis, tormen-
ta bellica detonarent, fastu eva-
nido iussit; cupiens rumorem illum
magis magisque invalescentem, lu-
dicris hisce et ad inanem pom-
pam compositis spectaculis elude-
re ac supprimere. Venerant sub
id tempus a Magnis Moschoviæ

Magnorum Moschoviæ ducum Legati veniunt Leopolim —.

Ducibus Legati, ad Regem Serenis-
simum missi, exceptique sunt Leopo-
li, Procerum Regni, ac illustrium vi-
rorum, qui tum Comissioni militari
aderant, ac Civium Urbis solenni
occursu, Rege adhuc in Valachia cum
exercitu

exercitu agente, sed mox post tot in-
commoda, fastidia, et pericula supe-
rata, Tauricanumque furorem edomitum,
in Patriam reversuro —.

Hoc eodem tempore, qui Budam a Cæsa-
re Leopoldo Commisarii missi fuerant,
ut res et opes Turcarum relictas, atque
in locis occultioribus reconditas, am-
plius et diligentius scrutarentur,
invenere præter alia multa, vim in-
gentem ferri, supra mille gravissima
pondera, ante obsidium depositam,
facta quoque ab iisdem solicita in-
quisitio, an illud verificari potu-
erit, quod Vice Bassa Budensis Cæ-
sareanis retulerat; nimirum Ba-
ssam in excidio Budæ interemptum,
ex annuis ejus et vici territorii re-
ditibus, et satis splendide ac ma-
gnifice vixisse, et totum præsi-
dium Turcicum cum amplissimis
stipendiis sustentasse; et insu-
per quotannis vicies centena mil-
lia talerorum imperialium ad æra-
rium Turcarum imperatoris Constan-
tinopolim transmittere solitum fuisse

Le

fuisse. Redigerat iam Viennam Elector
Bavarus, tanto et tam praeclaro ope-
re ad Budam perfunctus; quem Caesar
Leopoldus summa humanitate excep-
tum, et varia triumphali letitiae si-
gna armis suis Caesareis, auro gemmis,
et crebro adamante nitentibus, hono-
rifice donavit; atq Monachium pro-
ficiscentem, amantissima valedictione
prosecutus est. Redibant quoq passim
qui aliorum Electorum et Principum
Germaniae auxiliaribus copiis ad Bu-
dam praefuerant Tribuni, Legati, Cen-
turiones, et primarij militiae admini-
stri, quibus idem Caesar in vim gra-
titudinis arma pretiosa torques,
et baltheos militares, aurea cum
effigie, vultus sui numismata, et
alia splendida quoq donaria, clar-
gitus est, et in gregarios milites
copiosam vim pecuniae sparsit;
cum interim comitia Imperii Ratis-
ponae, magno concursu agitarentur,
in quibus Rex Galliae per Legatos
suos, protestatus est saepius; initum
foedus augustae Vindelicorum et cer-
tos

In Comitiis Ra-
tisponae Regis
Galliae per Legat:
protestatio.

certos Europae Monarchas, Electores, et
Principes Imperii, suspectum se habere,
et nisi puncta foederis illius sibi quoq
communicarentur, id se pro iniuria
et occasione belli habiturum; et quamvis
Summus Pontifex pro Armistitio et
christianos Principes retinendo soli-
citus, datis ad eum paterno affectu
literis, et coram Legato eiusdem Romae,
foedus illud augustae factum ad so-
lam non nisi conservationem et se-
curitatem imperii, absq ullo Regni
Galliae praeiudicio, vel rumpendi ar-
mistitii metu initum esse assevera-
ret; non poterat tn contrariam o-
pinionem animo eius profunde in-
fixam evellere. praesertim cum Elec-
torem Brandeburgicum, cum Principe
Austriaco, et hylares dapsilium
mensarum horas, effusa pro hoc
servando foedere vota, ingeminasse
se Rex Galliae inaudisset. Deduc-
tis itaq copiis ad confinia Rheni,
auctisq urbium et locorum, quae di-
tionis Galliae fuerant praesidiis, et
circa pontem Rheno impositum, novo

novo fortalitio magis ac magis mu-
nito, qmvis contra id nunc Caesaris,
Comes Lopkovicius Parisiis conque-
stus sit, Rex Galliae facile osten-
dit, armorum hac praeparatione
non dubia sibi meditamenta esse,
de bello Germaniae in annum se-
quentem inferendo. Inter haec tur-
bida, ac undiq infida, et mox in
saevum belli ardorem eruptura,
Rex quoq Daniae, nulla data cau-
sa, sed ex instinctu alieno, con-
siliariorumq suorum pessimo sua-
su, sumptis contra Hamburgen-
ses, et Principem Holstinensem
hostilibus armis pacem Impe-
rii turbaverat: contra quem
Caesar Leopoldus Princeps Germa-
niae ad iustam expeditionem bel-
licam, cum induceret, viso discri-
mine suo, mox damnavit ausus
inconsultos, ab armisq et consili-
is praecipitibus recessit, non expec-
tato

Rex Daniae pacem Imperatori turbat, sed mox a proposito resilit.

expectato Caesaris, et aliorum Principum ulto-
re gladio, improbisq consiliariis, quorum
prava suggestione id attentaverat sub cu-
stodiam datis ut malum consilium con-
sultori pessimum, sub incudis suae malleo
experirentur. Prosequebantur interea Caesa-
reani qntum per autumnalis temporis
injurias, et difficultatem licuit, prospe-
ros contra Vezirum adhuc intra fossarum
latebras, ad Essecum cum reliquo exercitu
haerentem, armorum successus. Buda q ad
~~excidio haerentem a~~ extremam ruinam
deducta, sumptuosam admodum repara-
tionem, cum Veneti quoq non minus
prospera belli fortuna, hoc anno usi,
ob aliquot victorias ex Turcis gloriose
obtentas, applausu publico triumpha-
rent, et in Dalmacia quidem, Duce Cor-
naro, minoribus proeliis saepius cum Tur-
cis decertatione facta, nunqm sine eorum
clade martis negotia illis successe-
rant. In Morea vero regno, supremus
militiae Venetae Praefectus Morosini, Ne-
apolis Romaniae in dedicionem recepta,
rem aeterna memoria dignissimam egit,
cum em pro sua summa prudentia, et
bellica

bellica experientia advertisset ad regnum
Morea dominio Veneto plene et integre
adiungendum, in eo ingens momentum
positum esse; ut Neapolis Romaniae di-
tioni eorum accederet, huc omnes terra
mariq. vires convertit, quatenus ea
cum auxilio Divino potiretur. Aggres-
sus provinde obsidium ejus, excitatis
munitionibus, castrisq. contra vim
externam, vallo et fossa circumductis,
moenia illico Urbis crebra tormentorum
explosione quatere, ignitos globos e-
iaculari, in cuniculis subteraneis ma-
gnam vim nitrati pulveris abscon-
di, et accendi iussit; quod obses-
sos minime ab initio terruit, loco-
satis natura et arte munito appara-
tuiq. bellico, et adfuturis tempestive
subsidiis confisos. Nec morabatur Tur-
cicae militiae Dux, cum 16. millibus
copiarum succurrere quantocius iis,
quos in tanto discrimine positos es-
se intelligebat; cumq. adversum su-
um accelerassent die 29. Augusti,
Castra veneta impetu validissimo
adortus est.

Ex-

Neapolum Romaniae Veneti obsident, et oppugnant.

Turcarum 16. millia copiar: Veneta adoriuntur.

Exceperant eum Stationes Venetae, non
dispari primum virtute; sed mox cre-
scente Turcarum multitudine, et imma-
ni furore: Germani imprimis, qui tum
in Castris Venetis militabant, ac tan-
dem et Veneti ipsi turbari graviter,
ac confundi, signa deserere, et in
apertum discrimen praecipitari coe-
perant; nisi Equites Militenses,
interiectis copiis suis, summa for-
titudine, et amissis tum in acie
20. fortissimis heroibus, tam diu
hostem sustinuissent; donec Ger-
manicarum legionum, Ductor Ki-
nixmarchius, vir bellica gloria
summe celebris, qui nuper e Sue-
cia a Senatu veneto, ad res bello
gerendas honorifice invitatus ad-
venerat, ad turbatos Venetorum Or-
dines advolans, heroico animo,
aciem restituisset, consternatosq.
ingenti spiritu, rursum in hostem
egisset. Opportune sub idem tempus

Dux

Equitum Militensium virtus heroica.

Generalis Tribunus Kinixmarchius confusam aciem venetam restituit.

Dux Morosini, exercitu in continentem exposito, tria millia recentium copiarum ad castra Veneta secum adduxerat; quarum robore et subsidio, Germani Generumq; adaucti, tantoq; acrius in hostem invecti, reiectum procul, a munitionibus castrensibus; cruenta cæde persecuti sunt. Cadebant passim per campos, et sternebant: Turcæ, quamvis numero maiori prævalentes; in quibus profligandis dextera Domini fecit virtutem, cum inturpem fugam dilapsi, gloriose locum victoriæ reliquissent; amissis in acie 1,600. totidem graviter vulneratis, reliquis fusis, penitusq; fugatisq; nec amplius resistere ausis. Post obtentam hanc victoriam, nihil moratus ea die Morosini, oppugnationi Neapolis vehementius instare iussit, prius tn mente obsessorum, per nuntios explorata; ex quibus ut cognovit ad ultimum spiritum eos ab Urbis defensione recedere nolle;

nolle; illico tormenta bellica crebrius explodi, globos ignitos, et machinas sulphureas multiplicari fecit, quatiens urbem et infestans iaculis indesinenter, quamvis non sine strage militum suorum: ad extremum cuniculo subterraneo, qui cum nitrati pulveris accensa copia bene successerat, moeniorum parte notabili, convulsa, et subruta, præsidiariisq; exinde Turcicis, summè exterritis; cum illi intra unius horæ quadrantem, aliquot vexilla candida, per muros Urbis in altum extulissent clementiamq; postulassent, pacisci cum illis de conditionibus deditionis, sed iuxta arbitrium suum permisit, Urbemq; cum 3bus arcibus deditam; in potestatem suam recepit, locum profecto insignem ac prope inexpugnabilem: a quo idem Morosini bello cum Turcis, penultimo, post 7. mensium irritam oppugnationem, cum clade sua retrocedere coactus fuerat; et qui anteactis quoq; seculis, biennio tota a Venetis obsessus et oppugnatus,

Neapolis Romaniæ a Venetis per deditionem recepta.

ex-

expugnari non potuit. Urbis deditione facta, Turcarum ex ea 10. millia in Asiam navigare permissa sunt, tria millia iudeorum in vincula conjecta, quingenti Christiani e durissimo servitio Turcico liberati, naves aliquot onerariæ et triremes in hoc portu Turcis ereptæ, et in iisdem 500. captivi Venetias in testimonium memorabilis huius victoriæ missi. Bassa quoq Turcarum, qui præsidio Urbis huius præfuerat, cum fratre suo, et 12. aliis familiaribus Personis, ne in manus ultrices Imperatoris sui incideret, Venetis habitaturus, cum oī divitiarum suarum copia huc appulit, a Serenissimo Duce Venetiarum, et tota Reip: humanissimè exceptus, habiturq satis laute et magnifice, in perpetua cum viris Senatoriis conversatione,

Bassa Turcar: Præfectus Neapolis Venet: habitaturus huc navigat.

ob

ob tãe victoria gloãm, et res fortissime gestas supremam militiæ præfecturam, ad aliud quoq triennium, quod in illa Reip: rarissimum est. Morosinio prorogasset. Victoriam hanc secuta est alia non minus celebris, Duce Cornaro in Dalmacia; qui deductis præsidiis, instoq exercitu collecto, cum Duce Parmensi copiarum pedestrium Præfecto, et cum aliis militiæ Venetæ, Tribunis ac Heroibus, Scynum in partibus illis Civitatem et arcem egregie munitam, et prævalidam ut aggrederetur; per loca sylvestria, prærupta, et montium angustiis coarctata, egrè copias, cum aliquot tormentis bellicis traduxit, consedita in campis Civitati huic vicinis. Expedivit deinde mox oīa, quæ excitandis munitionibus, et tormentorum machinis disponentibus opportuna fuere; coeptaq oppugnaõne, totis viribus id agere statuit, quod agendum præsertim contra hostes nimium contumaces et barbaro fastu tumentes proposuerat.

Scynum in Dalmacia Veneti oppugnant.

Ergo

Ergo post quassata moenia, post igni,
um globos sæpius in urbem emissos;
adextremum per cuniculi subterranei
vim ignitam, pars moeniarum hor,
ribili ruina postquam concidisset, Vene,
ti hiatu illo, quamvis per summam vim
enitercentur; reiecti sunt sæpius a præ,
sidiariis, lapidum, globorumque sul,
phureorum iactu, et omni armorum
genere non sine cæde, et cruore re,
trocedere coacti sunt; hærebantque in,
tra prioris muri angustias, donec
resumptis viribus, ausi ingenti,
in murum alterum evasissent: quo
superato, cum iam in urbis in,
teriora penetrarent, in latentes
Turcarum insidias, præter spem
inciderunt, ex quibus per summum
et cruentum discrimen, vix eluc,
tati fregerunt tandem potentiam ho,
stium, cadentibus aliis, aliis in
arcem diffugientibus; per quorum
excidia ad arcem quoque ipsam itum

est,

est, potitique sunt Veneti ea die, quæ fuit
28.a 7bris civitate et arce illa, quæ fuerat
illis aliquando fatalis. Recepta hic ab
hostibus octo tormenta bellica, comme,
atus et annonæ, apparatusque militaris
non exigua copia, accessitque dominio Ve,
neto territorium illud satis latepatens
et fertile, quod ad 40. milliaria Italica
usque ad fluvium Cedinum extendit. Por,
ro Bassa Erecgovicensis, qui cum Tur,
carum subsidiis advenerat, ut Scyno
laboranti succurreret; comparere non
ausus, ad tutiora cum exercitu se
recepit, remque integram et victoriam
Venetis concessit; ob quam Venetis
nuntiatam, simul et ob Neapolim Ro,
maniæ gloriosè ex manibus Turca,
rum vindicatam, actæ sunt immorta,
les Deo Præpotenti gratiæ, et solenni,
ter triumphatum.

die 28. 7bris Veneti Scyno per op,
pugnationem potiuntur.

Nec Cæsareani in Panonia quan,
tumvis post tot bellicas operas, a
victricibus laureis cessaverunt; cum
Segedino obsesso, rem sanè difficil,
limam invicta constantia, successuque
felici evicerunt. Autumni quidem

pluviosa

pluviosa intemperies, et hostium ex adfuturis a magno Vezyro subsidiis, nimium praefidens audacia, apus hoc, vix possibile ad exequendum reddebat, cum praesertim in ipso oppugnationis ardore, amplius quam 400. et 60. ex Caesareanis, et quidem non nulli ex primariis occubuissent, iamque alii de relinquendo tanti discriminis negotio cogitarent. Instabant tamen oppugnationi, quantum per tempus licuit; cum interim nuntiatur: Scytharum et Turcarum subsidia a Vezyro submissa, quatuor non nisi milliaribus a castris Caesareanorum distare. Ex consilio itaque bellico, placuit occurrere potius hostibus, quam vim et furorem eorum expectare, ad quod Generalis veterani, cum aliis legionum Praefectis, quantocius expeditus, sola nocte et quidem illuni, ut hostem falleret, cum parte illa copiarum, iter emensus, horis antelucanis prope castra Scythica et Turcica venit. Convenerat vero inter eos, ut cum Veterani Scythas aggrederentur, eodem quoque tempore alii Tribuni in Castra Turcica irruerent

Segedinum a Caesareanis Panonia obsessum.

irruerent

irruerent quod ex voto successit. Nam Scythae primum fusi fugatique, cum mille cecidissent, castris relictis, equisque amissis, in turpem fugam dilapsi sunt. In Turcarum deinde castris ingenti consternatione facta, bellica Caesareanorum virtus praevaluit, caesique sunt Turcarum prope duo millia: et quamvis iterum contumacissime Scythae et Turcae proelium renovassent, rursus caesi et profligati, cladem suam maiorem; amissisque 13. tormentis bellicis 4. millibus equorum 500. camellis, 400 mulis, et omnibus castrorum impedimentis, Caesareanos victores ad castra sua, cum opimis spoliis redire fecerunt. Eadem die quippe Caesareani ad castra reversi, post solennem gratiarum actionem, Dno Deo Exercituum factam, et post tormentorum bellicorum festivos sonitus, cum praesidiarii tanto plausu perterriti, ad conditiones deditionis proponendas descendissent, Segedino feliciter potiti sunt.

Turcarum et Scytharum subsidia a Caesareanis profligata die 20. 8bris

Segedinum Caesareanis 22. 8bris deditum.

praesidio

præsidio Turcico dimisso, et oibus qui secta Machometana fuerant, cum viginti curribus Themisuarum de=ductis.

At vero Ludovicus de Baden, animo bellicoso, et rerum gestarum gloria inclytus Princeps, cum Generali Schabeferbergio, et Croatarum cohortibus; ut Quinqecclesiensem civitatem Finskierchen Germanis dictam expugnaret, ut celeritas copiis huc mense 8bri iter direxit; quo appropinquante, præsidiarii Turcarum viribus suis diffisi, dum in arcem confugiunt, urbem relictam, quatuor in partibus igne supposito incenderunt. Dolendum id Princeps Badensis conspicatus, ut horribile illud incendium restingui posset, cum evaginato ipse gladio legiones suas antegressus, eo illas zelo et exemplo suo induxit, ut in medias prope flammas irruerent, urbemq ab extremo conflagrationis interitu conservarent. Ergo ignibus in urbe sedatis, tota vis ad arcem conversa, cum præsidiariis

Finskierchen seu Quinqecclesiens civitatem Turca incendit.

---

præsidiariis, gravis et non ferenda incubuisset de deditione pacisci cœperant. Sed Princeps Badensis noluit conditiones acceptare ullas; nisi quas ipse Augm victis, et iam de vita periclitantibus, victor imponeret. Inde præsidiarii tanto magis perculsi, ut clementius cum iis ageret; polliciti sunt Bassam Natoliæ Præfectum suum, cum aliis 6. primariis Alibeis, se Principi dedituros, quod et fecerunt, atq sic Quinqecclesiensis Civitas, satis ampla, et arx satis munita, cum oibus captivis et spoliis die 27a 8bis in potestatem Cæsaream concessit: cui sufficienti præsidio imposito, ad Siclos et Dardam munitiones vicinas occupandas, divisis cum Schaherbergio Princeps Badensis copiis festinavit. Et Schaherbergius quidem cum parte copiarum suarum Siclos aggressus, instructa oppugnatione dum rem fortiter agit: præsidiariis Turcicis

Ludovicus de Baden Quinqecclesiensem Civitatem et arcem in potestatem Cæsaris capit 27. 8bis

Siclos et Dardam munitiones Cæsareanis dedita

valide resistentibus, 300. ex Cæsarea-
nis primum amisit, sed rursum vi
repetita præsidiariũ ne in extremum
discrimen, quod iam instabant deve-
nirent, tempestivam deditionem fece-
re. Nec ii qui Dardæ cum præsidio
præfuerant, Ludovici de Baden adven-
tum expectaverunt; quorum tria mil-
lia, per pontem vicinum fugiendo e-
lapsa õi apparatu annonæ, et armo-
rum Cæsareanis reliquere: ob quos
felices successus, Viennæ ipso die
õium SS. ad Aedes Augustianas,
solennes Deo victori cum triumpha-
li plausu actæ sunt gratiæ; exerci-
tuq Cæsareano per stativa hyberna
disposito; ut ejus supplementa,
per novos delectus augerent, bo.
millia talerorum imperalium, Tribu-
nis et Centurionibus, quibus id com-
mitebatq ex ærario Cæsaris numera-
ri iussa fuere. Sed milite in stati-
vis locato, mox Koszyciensium, Pres-
soviensium, Lovocensium, atrox eru-
pit

Nova conspi-
rãonis contra
Cæsareanos mo-
limina in Unga-
ria deteguntq.

erupit conspiratio; quæ apud ministrum
quendam Calvinianum coorta, ut tanto ma-
gis invalesceret, communicare quoq eam
cum aliis civitatibus, per literas auc-
tores ipsius statu erant; Bassamq Va-
radinensem, instigante Tekellio, soli-
citabant, ut ipsis hac in re cum va-
lido subsidio adeet. Decreverant vero
adinstar vesperarum Siciliensium,
eadem die õcs milites Germanos,
qui apud eos in præsidiis fuerant
trucidare, scelusq immane haud
dubie complevissent; nisi Deo sic
volente, is qui literas hoc in ne-
gotio deferebat, metuens, ne in
Cæsareanorum manus incideret,
tactusq conscientiæ remorsu, ad
Præfectum loci eas detulisset; qui
conspirationis antesignanos, quan-
totius captos, alios pallo suf-
figi, alios in vincula conicijus-
sit; re Viennam nuntiata, et ex-
pectato de ea ulteriori Cæsaris
decreto. Advenerat quoq hisce di-
ebus

Regis Angliae filius gratus Viennae hospes.

diebus Viennam Regis Anglie filius, a Cesare Leopoldo et ab Aulicis ejus ministris ac Principibus, Regio honore exceptus; quem Cesar effigie sua pretiosa, et aliis splendidissimis muneribus, ceu gratissimum hospitem donatum, effusa humanitate dignatus est; utq serenissimus eius Parens Rex Anglie, armistitium inter Cesarem, Hispanie et Galie Regem, atq inter Principes imperii manu teneret, quod ab eo quoq Summus Pontifex postulabat per suos apud eum Nuntios egit.

Venetiis horrenda maris eluvio

Venetiis porro post letissimam rerum et triumphorum faciem tristia mox et luctuosa successere; vicibus humanis, nihil diu stabile permiscentibus, admonentibusq nos ab hylaribus Ethesiis non longe sonoras tempestates abesse, risumq dolori mistum, querulem mortalium

mortalium vitam, ceu pilam versare. Ex continuis quippe autumni imbribus, inaudita undarum copia, mare adeo intumuerat, ut non in Urbe tantum, ingentibus omnia compleverit; sed et in toto districtu Veneto, pagos et villas inundaverit. Cernebant in celebri foro S. Marci, et circa ejus augustam basilicam, cymbe huc et illuc permeantes, palatiorum fastigia, vix ex aquis prominentia, edes publice et privatae ceu profundo hauste, mercatorum pretiose merces, in depositoriis suis, vel submerse, vel penitus corrupte; dulcis aque fontes et cysterne aquis marinis obrute, undiq et undiq pondus, horror ac velut redeuntis iterum universalis diluvii tristissimum spectaculum; quin et in portu Veneto naves, plurime mercibus pretiosis onuste, ac presertim Anglice in voraginem illam descenderunt, nec merces diu quesite, ob inundationis vastitatem inveniri poterant, tremen-

tibus

frementibus cunctis, et extremum pro-
pe interitum expectantibus: donec mi-
seratione Divina, aquis sensim decre-
scentibus mare mitius factum, a por-
tensa illa quievit tempestate: plurimi
tn et ditioribus præsertim mercato-
ribus fortunis suis eibus evoluti,
post ingentia damna, horrendi il-
lius diluvii plagam memorabilem
testati sunt. Accessit et illud quod
Bosnensis et Ercogoviensis Bassa
cum 12. millibus Turcarum facta ir-
ruptione in Dalmaciam, hominum
et pecorum gravissima dispendia
fecerint; quorum depopulatio ob fe-
stinatum abcessum vindicari non
poterat, qmvis Veneti Duce Cornaro,
longius eos armata manu persecu-
ti fuerint.—

Turcarum in Dalmaciam irruptio.

Hoc apud exteros dum geruntur, re-
dierat interim e Valachia cum Exer-
citu Serenissimus Joannes Rex mul-
tis contra Scythas et Turcas præclare
gestis

Serenissimus Joannes e Valachia cum Exercitu victor redit.

gestis gloriosus, Leopolimq cum Serenis-
sima Regina et prole sua profectus,
Legatis Moschoviticis, Regium hic
adventum suum præstolantibus, expec-
tatæ majestatis præsentiam imper-
tivit. Convenerant huc etiam Utri-
usq gentis Exercituum Duces, Sena-
toresq et Regni Officiales prima-
rii, quos et Regis præsentia, et res
tanti momenti ad consultaõnem
publicam urgebat. Actum igitur
cum iis splendido apparatu sæ-
pius introductis, de foedere belli
contra portam Othomannicam
suscepti, et de conditionibus ejus,
quæ diu in consilio agitatæ, tandemq
conclusæ sunt, ut iuramento Re-
gio firmarentur. Destinata huic
negotio fuerat dies 22a 10bris; qua
die Legati rursum splendide cum
deducerentur, ante Rhedam eorum,
codex tractatuum pretioso invol-
vere

Legati magnorum Moschoviæ Ducum legaõnem suam coram Rege Leopoli expediunt.

Initi foederis pacta Rex iuramento confirmat.

involvere lectus, ab uno ex aulicis Moschorum proferebat: Item deinde ad publicum senatus consessum; ubi post propositionem per Cancellarium M. D. Lithuaniae factam, Rex de trono suo Regali consurgens, manuque dextera librum Sacri Evangelii apertum tangens iusiurandum ex forma praestitit; atque sic solenne illud sacri foederis pactum est stabilitum: quod 4 ducatuum, Severiensis, Smolenscensis, Czerniechoviensis, et Kiioviensis, a dominio nostro avulsione perpetua constitit. Accubuere postea mensae Regiae Legati, cum quibus productae convivales horae in multam noctem summa omnium hilaritate; ubi Szerem primus ex Legatis elegantioris in Moschis culturae morum ob egregias animi dotes mire omnibus placuit; datique sunt geniali cum eo conversationi, etiam apud exercituum Duces,

et

et Senatores Regni, aliquot festivi dies cum interim Legatus Hani Scytharum, qui tum Leopoli aderat, dolenter ferret, quod eo praesente foederatorum armorum cum Moschis coniunctio, contra Turcas et Scythas, conclusa fuerit; de qua post varias consultationes, in utriusque gentis delegatos, usque ad finem anni productas, omnia tandem laeto eventu successere. Decesserat ad finem hujus anni paralisi tacta, Augusta Imperatrix, Ferdinandi III. Imperatoris vidua relicta; post cuius obitum, aliquot centena millia, annui eius reditus erario Leopoldi Caesaris accesserunt. Nec tacendus est hoc Anno magni in Reipub: nostra liberaria viri obitus Alberti nimirum Lancucki J. V. Doctoris, et Professoris, Canonici Cracoviensis, archidiaconi Pilecensis, Universitatis nostrae saepius Rectoris et Procancellarii, qui extremo morbo, per aliquot annos, ad insignis patientiae meritum conflictatus, tandem eo die 25ª Julii consumptus

Mors viduae Imperatricis.

Magni viri Alberti Lancucki Canonici Crac. obitus.

vitam

vitam integerrimam morte laudabili clausit. Meritorum eius in Universita-te series amplissima fuerat; oris et corporis eximia dignitas, virtutum prae-stantia singularis J. V. scientia summe celebris apud Principes aestimatio praecipua, ad comitia Regni legationes in negotiis Academicis frequentes, Rectoratus rerum et temporum statu difficillimo dextre et gloriose multoties administrati; zelus pro bono publico virorum literatorum invictus; pro Canonicatu Crac. adver-sus Andreae Trzebicii Episcopi Cracov. obstantem potentiam, mens decennio to-to constans, et infracta; aetatis vene-rabile senium, usque ad Annum vitae 76. in meritorum pulcherrima decora productum, et quae haec omnia in Regno sapientiae feliciter coronavit, rerum gestarum gloria immortalis.

Annus Christi 1687.

Legati Moschov: Leop: et Viennam discedunt.

Moschorum celebris legatio quae Anno supe-riori, ob negotiorum magnitudinem sufficienter expediri non potuit; ad ini-tium anni praesentis, reassumpta et con-

tinuata est

est; actumque cum illis de tempore educenda-rum contra hostem copiarum; quod circa diem 15. Martii haud dubie futurum; Legati nomine Principum suorum polli-cebantur. Antequam vero discessum suum ma-turassent, die 6. Januarij ipso Epipha-niae festo, in hospitio proprio sump-tu Reipub: magnificentissimi convivii apparatu excepti fuere. Eadem die 7. Januarii post solennem Regi valedic-tionem factam, et post dexterae ipsius osculum, iter Viennam ad Imperatorem Leopoldum in animo habentes, Leopoli discesserunt. Instituta mox delibe-ratio, de eligendis et mittendis Romam, Viennam, Venetias, et ad Electorem Brandeburgicum Legatis; delectusque imprimis vir praestantis animi Dro-iovius, Vexilifer Lublinensis, qui nomine Regio et Reipub: apud magnos Moscho-viae Duces internuntius resideret. Porro Joannes Zbaszcius, Episcopus Pre-misliensis, summa virtute, dexteri-tate, eloquentia et auctoritate Prae-sul ornatissimus eam celeberrimam

Legati ad varios Principes christianos destinantur.

Incarnati

Incarnati Verbi misteria, adem Deiparæ Virginis, Lauretanam, exolvendi, voti gratiâ inuisere destinasset et eadem occasione, et ex amore boni publici, ad summum Pontificem, ad Cæsarem et Venetos, Manus Legationis suscepit; quod ab eo deinceps satis gloriosè per- actum, Varmiensis Episcopatus, mytra et Tiara, gemino Præsulis et Principis honore adornavit. Curæ postea bel- licæ serio introductæ sunt, præsertim, circa novos militum delectos, ad sup- plendas Equestres et pedestres copi- as, circa armaturæ castrensis validum robur, et sumptibus mtis indigens; circa annonam, et commeatum tanto bello necessarium, tempestive conqui- rendum, et ad loca castris viciniora convehendum, ad quod notabilem vim pecuniæ, Nte summi Pontificis et o- peram suam appromittebat, Cardina- lis Palavicini Nuntius Apostolicus. Datæ quoq literæ Regiæ ad Palatina- tus oēs; in quibus nuntiabatur; quod comitia Regni ob urgentes gra- vissimas

Joannes Zbaski Episcopus Premisliensis, Romam, Viennam, et ad Venetos Legatus.

gravissimas rationes, in aliud tem- pus deferri necessum fuerit, idq ex senatus Consulto, eorum Regni Pro- cerum, qui tum præsentes Regi ad- fuerant; atq ut contributiones pu- blicæ ad stipendia militum per Palatinatus assignatæ, quanto- cius exolverentur, oibus id pro- ut res ipsa postulabat, insinu- atum etc. Venerant interim Craco- viam Legati Moschorum, Vien- nam petentes; introductiq sunt solenni urbanorum Tribuum oc- cursu, cum tympanis, et vexillis ad arcem Regiam, die 5ta Febru- arii; ubi lautissimè habiti, post oia effusæ humanitatis officia, Viennam profecti sunt. At Regi per hosce dies, in Russiæ partibus agenti, certæ e Valachia Nuntii retulere; Campolongo Provinci- am in Valachia sic dictam fini- bus Poloniæ, et Transylvaniæ ad- iacentem

Legati Moschorum Cracoviam veniunt.

adiacentem; quæ Anno superiori do-
minio Polono se subdiderat, præsidi,
aq nostra a Serenissimo Rege impo-
sita receperat; in fide data, con-
stanter quidem perseverare, sed ad
eam per vim recuperandam Palati-
num Valachiæ, colligere copias,
præsertim ex Scythis qui Camene-
co ob victus et pabuli inopiam
egressi, alii cis Danubium, cum
uxoribus et liberis versabantur;
alii Valachicæ militiæ kña dede-
rant; atq in oppido Romanovia
dicto invadendi Campolongo op-
portunitatem, cum aliis Vala-
chicis turmis præstolabatur: Huc
ergo Rex ut vires et consilia ho-
stium præveniret, quamvis sævi-
ente adhuc hyeme, et nivibus
altis, aliquot expeditas submi-
sit virorum fortium cohortes; qui
relictis impedimentis, victuq exi-
guo

exiguo, vix in equos recepto per
montana, sylvisq et nivibus la-
te obsita, ægre eluctati, ignariq
hostibus, Romanoviam usq cum
pervenissent: aggressi sunt illi-
co hostes ibidem hærentes; et li-
cet fortiter et obstinate resti-
terint, magno tamen animi ardore
tandem a nostris superati, mox
succubuere: cæsiq sunt plurimi
ex iis et capti, victis et dissi-
patis, adextremum omnibus, quorum
præda victores potiti, reversi
sunt ad Regem, ob egregie nava-
tam operam, ab eo collaudati; 15.
Scythis potioribus, qui in eorum
venerant ad Regem deductis;
ex quibus Rex multa de consi-
liis et propositis hostium, eius
temporis usui profutura cognove-
rat. Graviter enim perculerat Tur-
cas et Scythas aucta foederatis
moschorum armis Christianorum
potẽa

Scythæ et Valachi Campolongo inhiantes Romanoviæ in Valachia a nostris vincuntur.

polĩa, subsecutiq; deinde motus Con-
stantinopoli, et per varias Othoman-
nici imperii partes, ob Machometis
Imperatoris atrox et triste fatum,
scissaq; pro illo fastigio laborantium
studia, turbis populorum gliscen-
tibus, ob onera quoq; publica, quae in
immensum excreverant, aliquot mil-
lionibus auri, ex aerario Imperatorum
ad sedandos tumultus desumptis;
gentibus Asiae in partes Europaeas
ad opus Martis aegre descendenti-
bus. Grecis vero et maritimis popu-
lis, ad Venetos passim deficienti-
bus; quae oĩa cum barbara hostium
corda varie exagitarent, etiam
consilia in diversum rapiebant.

Greci dominio Veneto se sub-iiciunt.

Ferebatur certe Venetiis, et quidem
non ex vano Grecos, qui Athenis
et circa vicina loca agebant, ad
supremum exercitus Veneti Prae-
fectum Morosinium, Comissarios
suos aliquoties misisse; ut eos
in clientelam Serenissimae Reipublicae
Venetae reciperet, prudentiq; consilio

consilio, et armato subsidio, eos iuva-
ret, foedum et immane iugum Turci-
cum quantocius excutere satagentes;
quos ille comiter excepit, et bono a-
nimo ẽẽ iussit; idq; Turcas non latu-
it, quinimo vehementer perstrinxit:
addiditq; consternatis iustam ma-
ioris formidinis ansam, ubiq; infi-
da, et impulsu cadentis fortunae
in praeceps non difficile itura co-
gitantibus; prout metus intrepi-
dantibus, ipse sibi somnia, et pe-
ricula fingit. Inde Turcae Grecis
diffisi, ad tutiora loca, et castel-
la munitiora sese recipere, opes
et familias alio transferre; do-
mi magis, quam foris interea,
quae evenerant periclitari. Vene-
torum laetis successibus profundi-
us angi; intestinis quoq; odiis gra-
vius lacerari coeperant. Accesse-
rat quoq; circa id tmps non levis
in mari propria plaga, triremibus
Turcicis a Venetis inflicta. Cum

Cum

cum Venier Venetarum Navium Praefectus cognovisset 7. Turcicas Triremes ~~Venetis infestas~~ in aquis Rhodi navigare, traherecque secum 4. Christianas triremes nuperrime captas; huc iter cum 369 quidem tantum suis triremibus. sed validis, et apparatu bellico optime instructis, accelerato remigio direxit; cumque in conspectum earum venisset; licet viribus longe maiores conspicatus, animo tamen non cecidit; sed rem aggredi fortiter statuit; Turcae quoque primi occasionem pugnae navalis dedere; certatum est utrinque summo ardore machinarum praesertim bellicarum continuis explosionibus, ignitis missilibus, diuque triremes inter se adluctatae post stragem mutuam: Turcicae ad extremum

mum

Turcarum in mari triremes a Venetis victae et fugatae —

adextremum fluctuare, dehiscere, succumbereque coeperunt; instantibus Venetis, et inspectantibus eorum in profundum maris horrendos descensus, pugna tamen ardore, etiam inter haec atrocia non remittente; donec sol occumbens, obstinatissime pugnantes dirimeret, et cladis reliquum occultaret. Sed revelavit altera dies, ipso diluculo Turcicas naves hiantes, laceras et semiustas, cum retro aegre fugerent, quae supererant, Christianis navibus, quas Veneti cum tota praeda eliberaverant, supplices gratias Deo agentibus, et plaudentibus; frementibus barbaris, et infortunia sua iustae ultioni Divinae tribuentibus. Ita praefecto et magnus Turcarum Vezyrius, cum Anno superiori Hungaria excederet; timeretque sibi ne ob infelices belli successus, aemulorum criminationibus apud Caesarem suum oneraretur; rerum a se gestarum serie descripta nominibusque praecipuorum Turcicae militiae Praefectorum,

subscripta

subscripta, ac sigillo munita, id
ad eius calcem addidit; cladium
hactenus oium, quæ Turcis evene-
rant caām ēē iustam indigna-
ōnem Divinam, ob pacem cum Chri-
stianorum Imperatore in nostre
violatam. Qmvis tn tot cladi-
bus edocti, tam intestinis malis,
et seditionibus exagitati, arma-
ri tn contra Christianos et atro-
cius furere non desistebant. Mo-
to iterum Oriente, sparsisq in vul-
gus, de vergente Christianorum
in deterius successu, comentitiis
rumoribus, ut scite eos ad bel-
landum aarent, quos astute
fallebant. Sed non fallebant
prosperi Cæsareanorum succes-
sus, quorum insignis legionum
Præfectus Szarfembergius, cum
rescivisset 5. millia Turcarum
versus Canisium tendere; ut lo-
co illi in finibus Styriæ muni-
tissimo

munitissimo, ære, milite et commeatu suc-
currerent, duobus non nisi milibus ex
Croatis et Germanis propere collectis
eos insecutus, et animose agressus;
15. ex iis in conflictu cæsis, captis plu-
ribus, et reliquis dispersis, oi illo
apparatu bellico potitus est; effe-
citq ut Canizium eo subsidio desti-
tutum, gravius postea coarcta-
retur, et in potestatem Cæsaris Le-
opoldi veniret. Armorum exinde
in Pannonia grande negotium,
hostilitate utrinq mx̄a dum fer-
vere incipit; Mars quoq ad Rhe-
num suspectus, contra potēam
Gallicam, Princeps Imperii, ad me-
ditamenta bellica exciuit; Ludo-
vico Rege Galliæ numerosos undiq
exercitus colligente; postqm ex
appostematis intensissimo dolore,
vitæ periculum evasisset; in quo
curando sectio illi a medicis ad-
hibita profuit, sed non profuere
Principi Condeo ulla medicorum
remedia;

Quinq millia Turcarum in Croatia a Capreanis profligantur.

Ludovicus Rex Galliæ curato apostemmate convalescit.

Princeps Condé at Fontanabli in Gallia morit.

remedia; cui magno totius Galliæ luctu Fontanabli defuncto, funus tto sanguine dignum, Regalis magnificentia instruxit.

Literæ magni Turcar: Vezyri ad Ducem de Baden.

Scripserat interim ad Ducem de Baden, qui copiis Cæsareanis in Ungaria præerat, magnus Turcarum Vezyrus literas, quarum hic sensus fuerat: potuistis inquit ad initium huius belli, eo anno, quo exercitus noster Viennam postea obsederat, ut res vestra cum porta Othomannica per conditiones pacis transigi posset; sed ministri status, qui tum in consilio Imperatoris nostri fuerant, rei tam bonæ, et oibus desideratæ, qualis pax est, obstinate resistebant; qui iam ob id iuste puniti, demeritæ obstinationis suæ vindices poenas recepere: nunc igitur si pacem quæritis si tractatus de ca instituti desideratis, agite id serio quod intenditis, ego vobis apud portam Othomannicam cura et promotione mea non deero, modo ipsi velitis.

velitis. Receptis huiusmodi literis Dux de Baden, illico eas Viennam ad Imperatorem Leopoldum remisit; ad quas in consilio bellico lectas et expensas, ut in eum sensum responderet, nūe Imperatoris ei iniunctum est.

Responsio ad literas Vezyri.

Non posse de conditionibus pacis tractatus ullos fieri, nisi prius Magnus Vezyrus declaret, quam Satisfactionem Christianorum Imperatori et Principibus confoederatis porta Othomannica præstare velit. Non em agit: ttm de iis, quæ bello recuperata sunt; sed etm de iis quæ iniuste avulsa, ut ad eos quorum ditionis fuere redeant, æquum est. Et cum porta Othomannica bello contra vim pactorum iniuriose suscepto, adeo ingentium damnorum occasionem dederit de pace quidquam agi non potest, nisi ante oia majestati Cæsareæ et Principibus confoederatis damnorum refusionem faciat. Mentem hanc Imperatoris sui,

dux

dux de Baden magno Vezyro, per lite-
ras cum aperuisset desperare ille, de
tractanda pace gravius coepit; secu-
tag exinde, in Turcas animorum maior
consternatio, ac rigidum ieiunium

Turcarum ieiunium et Mecham ad Machometis sepulchrum peregrinatio.

superstitione Machometana, per omnes
Othomannici Imperii Provincias in-
dictum, ea intentione; ut Deus Omni-
potens Christianorum potentiam, et
fortunam belli deprimeret, macho-
metanam exaltaret. Quin et solen-
nis processio ac peregrinatio Me-
cham ad Machometis famosum se-
pulchrum, cum flagellationibus cru-
entis, et aliis ritibus barbaris,
ad placandam indignationem Divi-
nam, ridicula sane et inanis iussu
Imperatoris Turcarum instituta
fuerat; ex qua cognosci potuit,
quantus apud eos armorum Christi-
anorum terror fuerit. Porro series
et ordo processionis istius, sive pere-
grinationis superstitiose quidem et
abominanda

abominando; sed tamen scitu non indigne,
qualisnam fuerit, iuxta relationem
eorum, quibus hoc ex ipsis Machome-
tanis innotuerat, opere pretium
videtur posterorum memoriae consi-
gnare; ut Christiani videant, quantum
eos ad avertendum altissimae ma-
iestatis Divinae iustum furorem,
peccatis exacerbatum praestare de-
ceat, et oporteat; si enim barbari
tenebrarum filii spurcissimae sec-
tae, detestabili errore obcaecati, mi-
serationem divinam implorando, se-
verissimis in se poenarum vindictas
praestant. Cum enim Turcarum Impe-
rator videret, faciem Divinam si-
bi, et populis suis manifeste ira-
tam per tot excidia cruenta, per
tot clades horrendas, in tot exer-
citibus suis, ab Armis Christianorum
terra mariq. factas, idq. ad depri-
mendam eius immanem superbi-
am, qua elatus, contra Christianorum
Imperatorem, arma impia sumpserat,
ut.

ut adextremum cum gentibus suis bar-
baris non interiret, iustam indignaõem
Divinam ut placaret eiusmodi ritus
instituit; ieiunium imprimis singulis
feriis 6tis tota die absq ullo cibo et po-
tu, ab oibus observari mandavit, 5. men-
sibus nimirum a Maio usq ad 7.brem sy-
iunxit deinde ut Summus eorum Sacer-
dos, quem Mufty vocant, cum oibus
sacrificulis, sacco et cilicio asperrimo
indutus, hisce diebus per Urbis pla-
teas procederet, lamentabili cantu
et gemitu Dei misericordiam implorans.
Jussit quoq reliquias Machometis in
urna publice exponi supra bases ar-
genteas; in circuitu vero urnæ illius,
alias 25. urnas collocari, cadaveribus
et ossibus interfectorum, in his bellis
a Christianis Turcarum plenas; ut san-
tis eorum codibus Machometes com-
patiens magis moveretur, ad depre-
candam maiestatis divinæ indigna-
onem. Urnam porro hanc Machome-
tis reliquias continentem, in campo
latepatenti iuxta Mecham oium oculis
expositam

expositam ēē voluit; ut singulis fe-
riis 6tis peregrini oēs et incolæ cir-
cuirent eam, lugubri voce sepius
inclamando, quatenus a Macho-
mete exaudirentur, eum musicis instru-
mentis oibus prohibitis, ut solo non
nisi gemebundo luctu, misericordi-
am quærerent.

Processionis autem hæc erat coordi-
natio.

1o Urnæ cum ossibus occisorum Turcarum
deportabantur, quibus appendi fu-
erant gladii, arcus, lanceæ, et ar-
ma varia bellica, oia semifracta;
commitabantq eam 600. Turcæ, horri-
dis ciliciis tecti, nudis pedibus, et
arma varia bellica, itidem semi-
fracta gerentes.

2o Sequebantq eos aliorum tria mil-
lia Turcarum tristes kanias, cum
suspiriis, et dolendis gemitibus ca-
nentium, corporaq sua cultris acu-
tissimis lacerantium et dissecantium.

3o

3º Procedebant rursum 6. millia Tur, carum atrocissimis flagellis, usque ad sanguinem seipsos flagentium, et sanguine terram circumquaque conspergentium.

4º Urnam Machometis portabant 30. Spachii cum apertis capitibus, et rasis barbis, quibus assistebant 300. Bassa cum strictis gladiis, atque ex his unus designatus fuerat, ut illi, co atrociter interimerent eum qui, cunque ausus fuisset, Machometis urnam confidentius intueri, corumque qui sic accidebant, corpora cani, bus ad dilaniandum proiciebant.

5º Confecto via quolibet miliari, u, nus ex Christianorum, captivis vel Judeis, ceu in victimam ma, nu Turcarum saevissima macta, bat. —

6º Triginta Bassa ex Provinciis ince, debant, sanguine Christianorum

vel

vel Judeorum repersi, unam manum vinctam habentes, altera caudam equinam trahentes. 7º Tria milit. Tria millia Ja, nizerorum hos sequebantur, absque ullis armis, cristas non nisi mili, tares et tegumenta capitum trahen, do, vocibusque lugubribus dolorem ingentem contestando. Agmen illud claudebat Vezyrus, asino claudi, canti insidens cum aperto capite, sanguine resperso, quod identidem arundine percutiebat, deplorans mortem antecedentis Vezyri inter, fecti. Et haec dyra quidem, sed digna impostore suo Machomete, infelicium sequacium eius placa, mina superum, an irritamenta fu, ere.

At vero Turcarum Imperator ut po, pulos sibi subiectos ad gerendum cum Christianis bellum, tanto ef, ficatius aaret; divulgari per Pro, vincias iussit, iturum se cum Exer,

citu

Exercitu in Pannoniam, ideoq Adri-anopolim veniens, aliquandiu hic commorari voluit, ut ostenderet sibi animum ẽẽ, ex hoc viciniori loco, contra Imperatoris Christianorum copias descendere, quod postea evanuit; nec sedavit cohortes sub id tps Constantinopoli tumultus, ubi contra ministros status Imperii Othomannici, atrox populi commotio, prope ad necem eorum exarserat, nisi Vezyrus ab Imperatore propere accitus furorem tumultuantium composuisset. Accessit ad hosce internos Turcarum motus, etiam Alexandriæ coorta, ianiserorum et Spahiorum ingens seditio, quorum 20. prope millia, rebelli foedere coniuncta, contra Bassam Praefectum Alexandrinum sevissima barbarie insurrexerant, itumq ab eis ad cruenta facinora 4. millibus in tumultu e populo caesis, rapinarumq immani ardore passim

Constantinopoli gravis in Turcas seditio.

Janizerorum et Spahiorum Alexandriæ rebellis motus.

passim invalescente; qm tn Bassa alius cum potenti manu, clandestine superveniens captis et punitis rebellium primoribus opportune extinxit. Sed nec Camenecii in partibus nostris, res Turcarum quietiores fuere; cum praesidiarii Camenecenses, contra Bassam praefectum suum, ob non exolata stipendia, armis et animis sumptis funestum illi interitum, strictis gladiis minati, haud dubie, id executi fuissent; nisi Bassa ille, ab opulentioribus mercatoribus, magnam vim pecuniæ mutuatus, offa illa quantulacunq famelicorum et frementium interim ora obturasset, superveniente mox per Turcas et Scythas latenter introducta annonæ et nummorum copiâ; quam Scythæ qui deduxerant Leocovium usq effusi, villas aggrestium, et oppida

Camenecii Turcæ contra Praefectum suum tumultuantur.

Scythæ in Russiam effusi.

oppida minora depredati sunt, plu=
ribus villanis, dum securius agunt,
in captivitatem Tauricanam abduc=
tis; quos ea potissimum fiducia
fefelerat, quod cum quinquaginta
militum alis, clarum virtute bel=
lica Tribunum Lasko excubare con=
tra Scythas inaudivissent, nec ta=
le qdqm tentaturos, eo excubante
sperassent: quinimo eorundem Scy=
tharum 6. millia *c.* cum a Camenecco
post inocctas commeatuum suppe=
tias reverturi; aviditate præda,
eousq progressa fuere; ut eis Pere=
iaslaviam Boristhene transmisso,
oras illas ditioni Moschorum sub=
iectas popularent; sed a Cosacis
cum valida et expedita manu in
eos irruentibus, fortiter excepti,

Scÿtho trans Boristenem a Cosacis profugati et in Boristhenem mersi.

cæsi, et fugati, eoq compulsi sunt;
ut cum iterum Boristhenem trana=
re nituntur undarum eius vorti=
cibus hausti 600. prope ex illis
interierint.

Im=

Imminebat quoq iam tmpus ex pacto
cum moschis foedere, educendarum
contra Turcas et Scythas copia=
rum; qua in re Magni Moschoviæ
Duces, ut fidem promissam serva=
rent prævalidos exercitus col=

Moschorum contra Turcas et Scÿthas ingens apparatus bellicus.

ligi, et ingentem bellicum appa=
ratum, parari trans Boristhe=
nem iusserant; nuntiabatq per
literas circa 18. Martii Præfec=
tus Bialocerkievienses, summa
id cura et sumptuum mole pro=
digiosa fieri; cum vel solius
feni aliquot centena millia cur=
ruum convecta huc iam fuerint,
preter annonæ vim incredibilem,
magnoq numero parata navigia;
quibus hæc prono Boristhene ad
Cosacos Zaporovienses devehi
possent; tormenta quoq maiora
bellica a moschis 2800. Cosacis
250. deducebantur, eo Moschorum

proposito

proposito, ut Osouum ad fines Tauri,
co præsidio Turcico valide munitum
vel Perekopum imprimis aggrederentur.
Numerus porro copiarum ex Moschis
et Cosacis ad 300. millia pervenis,
se ferebatur, quibus cum summa bel,
li potestate dux Galiczyn præerat,
in cuius occursum Cosacicæ quoq
militiæ Dux, trans Borysthenem
prodiit; ut iunctis viribus cum eo
in Thauricam descenderet; appara,
tu quidem ingenti, sed locis ini,
quissimis, et prout deinceps patu,
it, irrito conatu et dolendo tan,
ti exercitus, per deserta invia
loca, dispendia; cuius rei sinistra
ab initio statim auspicia fuere:
cum duo millia curruum quæ Dux
Galiczyn cum amplo et vario comme,
atu præmiserat, a Scythis discrimi,
ni suo occurentibus capta et di,
repta, in prædam eorum concessi,
sent. Motis deinde castris per

Duo millia curru,
um Moschovitici
commeatus a Scy,
this capta et di,
repta —.

vastas

vastas illas solitudines, usq ad Sa,
maræ et Tyræ fluminum confluentes
angustias, hæsit eo loci multitudo
illa, ipsa sibi oneri facta, datoq ho,
sti spatio per moram diuturniorem,
Scytharum copias, tanto numerosius
et validius, contra se armari permi,
sit, cum ad hoc oïa intollerabilis
terræ siccitas ob ardentissimos so,
lis æstus accessisset; Scythæq pabula
oïa æquorum, in locis illis herbidis
quidem, sed circumquaq adustis,
prout dicemus sustulissent. verum
in exercitu nostro mora nulla ob,
sistit, quominus Camenæco vici,
nior consisteret; cum Stanislaus
Jablonovius Palatinus Russiæ,
Exercituum Regni Supremus Dux,
post iusta funebria, uxori suæ de,
functæ Leopoli persoluta, ad ca,
stra propè Jastouecicum hærentia
advolasset, Legatumq statim ad Du,
cem Moschorū Galiczyn misisset, nun,
tians ei paratum sē eē cum exerci,
tu Polono, quo belli necessitas posce,
ret, armatam manum inferre; modo

et

et ille, quod agendum statuerat, non differret; adeoque opportuna ad frangendam Tauricanam proteam occasione serio et strenue uteretur: Prodibant interim Scythæ et Valachiæ prorumpentes, sæpiusque cum cohortibus nostris congressi, pulsi et fugati sunt. Contra quos clarus bello et acer Centuriæ militum Præfectus Kuszcze, cum aliquot aliis nostrorum a Sniatino in Valachiam, dum exploraturus vires hostium movisset, 200 ex illis qui ei propè Jassi occurerant partim cæsos, partim captos, egregie vicit. Cum vero Scytha quidam qui eadem hanc effugerat, ad agam Turcarum in Jassy pervenisset, ultionemque poscens, commentitie coram eo retulisset Polonos a Scythis victos et fugatos esse, ideoque illum ex iis in sylvarum abdita latere; Agam illum fallaci suasu eo permovit; ut 500. propè suorum collectis nostros fidenter admodum persequeretur. Sed Kuszcze

Scythas Kuszcze cum cohortibus Polonis in Valachia clade bina profligat.

animo infractus illo animosius cum et fidentius excepit, fuditque commissa acie prostratum, et cum aliis pluribus captum, Serenissimo Regi in argumentum victoriæ misit. Præludiis hisce ad res maiores gerendas, fortia militum pectora, Marte Polono acrius excitante. Exagitabat quoque vicinam nobis Pannoniam non Mars tantum foris contra Turcas paratus; sed intus etiam gravior, quæ rursum invaluerat rebellium Ungarum pervicatiam, qui cum a Cæsareanis opprimi se duris stationis, et exactionibus querulantur: cum pristinis odiis contra Germanos flagrant, rursus de eorum excidio cogitant; incentoresque suos et turbæ rebellis capita cæca voluntate sequuntur: Verum hac in re Imperatori Leopoldo Divina non defuit providentia, cum sceleratis eorum revelatis consiliis, captis, et extremo supplicio affectis turbarum auctoribus, immanis illa

Rebelles Ungari in novos iterum motus conspirantes sed præventi pœnas capitis luunt.

illa tempestas, ut conquiesceret, cau-
te et tempestive factum est. Nec mi-
rum id in rebellibus; sed longe atro-
cius et non ferendum, quod Budæ in
Cæsareanos detestanda proditio
tentaverat. Scelestus quidam ex
Præfectis militum Cæsareanorum, qui
Budæ in præsidiis fuerant, cum Bassa
Albæ Regalis Præfecto, pactum ne-
fariæ proditionis, de tradenda in
manus Turcarum Buda inierat, pro-
missis 10. aureorum millibus induc-
tus; quorum duo millia iam sibi e-
xoluta receperat. Modus vero mu-
tuæ cointelligentiæ inter eum et Bas-
sam Albæ Regalis hic illi fuit.
Retinebat penes se ex captivis du-
as puellas Turcicas, ex quibus
unam maioris dexteritatis ad hoc
delegit; ut sub prætextu quærendi
ad redemptionem ex captivitate ly-
tri Albam Regalem frequentius vi-
sitaret, literasque proditorias clande-
stine deferret; in quibus modus et ra-

tio

ratio prodendæ urbis describebatur,
ut nimirum Bassa ille expeditas
copias eo tempore submitteret; quo
nefarius proditor excubias militum
vino temulentas, ad portam sce-
leri huic designatam ex condicto de-
ducturus erat. Verum Divina boni-
tas, perfidum hoc propositum, even-
tu inopinato revelavit; cum quidam
ex captivis Christianorum, qui Bas-
sæ Albæ Regalis a servitiis viliori-
bus fuerat, ligna ad callefacien-
dam fornacem præparans, literas
proditorias, quæ intro legebantur
exaudivisset, et quid in illis contine-
retur intellexisset. Vocatus hic postea
Budam fortuito, ex stimulo con-
scientiæ, Præfecto Budensi Belgio,
omnia sincere exposuit. Nec distulit
Præfectus proditorem illum, quanto-
cius in vincula conicere, cumque tamen
Temporis puella illa Turcica, ad
Bassam Albæ Regalis abiisset; obser-
vari in portis Budensibus infra,

et

et dum revertitur capta, literas quas
deportabat Prefecto reddidit, et quid
hactenus per eam actum fuerit ape=
ruit. Passus hoc oīa proditor ille, Pre=
fectum ĩllo cautiorem fecit; qui excu=
bias portarum, maiores et firmio=
res auxit; et si forte vis aliqua ex
pacto ingrueret, oīa ex adverso ad
resistendum parata Urbis securi=
tati providit. Et miserat quidem inx=
ta designatum tnps Bassa albe Re=
galis, aliquot millia Turcarum, ut si
forte proditio succederet, quod in ea
condictum fuerat, animose tenta=
rent; sed cum in itinere proditionem
iam revelatam ēē cognovissent, ne
in manifestum periculum inciderent
retro ocyus abiere. Cumq et iterum
Prefectus Budensis, literas eodem
in negotio, Budam per rusticum quen=
dam missus, opportune intercoepisset;
gratiis Deo immortali actis, quod Ur=
bem illam, tanto Caesareanorum sangui=
ne quesitam, in eorundem manibus
mirabiliter

mirabiliter conservasset: proditorem il=
lum Viennam ad Imperatorem in vincu=
lis missit; ut ibi sufficientius exami=
natus, extremo supplicio afficeretur qd
factum est. Tormentis ēm Vienne adhi=
bitis totam seriem perfidie sue prodi=
dit; interrogatusq in questionibus an
ad id prout erat suspicio, ab aliquo
Monarcha, vel Principe Christiano, ere
corruptus, vel impulsus fuerit, constan=
ter id negavit. Indmq vivus in partes
manu carnificis dissectus, poenas
abominandi sceleris sui exoluit.

Satagebat interea Summus Ponti=
fex Innocentius, ut ĩr Imperatorem
Leopoldum, et Regem Gallie, non tntm
armisstitium 20. annorum conservaret;
sed etm perpetue tractatus pacis
transire posset; Parisiis per Cardi=
nalem Nuntium suum id agens, ut
Vienne apud Imperatorem missis sa=
pius Nuntiis et literis, zelo id pa=
terno et cura mxa perurgens; ut com=
positis utrinq partibus, de stabili=
enda ĩr Principes Christianos pace
perpetua

Summus Ponti=
fex Innocentius
de pace ĩr Chri=
stianos Princi=
pes perpetua
agit.

perpetua tractatus fierent; quod tn̄ post
tot curas et legaões Pontificis n̄ suc-
cessit, quinimo et ipsum armistitium po-
stea violatum, bellum atrox īr Christi-
anos diuturnum et lamentabile peperit.
Diffisus em̄ Augustano foederi Rex
Galliae, omnino illud tolli, et aboliri vo-
luit; cumq Principis Aurelianensis nūc
post defunctum maritum eius Palati-
num Rheni, multa in Imperio praetenderet,
in ea vero Imperator consentire nollet, prae-
ter tot alias rumpendi armistitiū suc-
cedentes deinceps cāas, res tndm deve-
nit: ut de illa armis decerneretur. Rexq
Galliae pro securitate sua copias mi-
litares magno nro colligeret. Non de-
stitit tn̄ Summus Pontifex negotium
pacis, īr Monarchas Christianos, tota
animi solicitudine promovere, nunc
Imperatorem, nunc Regem Galliae, ad
animorum reconciliationem inducen-
do; ne arma contra Othomannum
iuste et gloriose sumpta, tanto inter-
norum bellorum obice impedirentur; sed
et ipse tndm Pontifex ob qndam offensam

ex

ex re minus sperata, exacerbatum Regis
Galliae erga se animum, occaone huius-
modi sensit. Confugerat Romae certae
cuiusdam domus Paterfamilias delec-
ti conscius ad Palatium Pharnesianum,
in quo Regis Galliae Legati residere
consueverant, ne caperetur loci immuni-
tate fretus; quā oēs Christianorū
Regū Legati, in residentiis suis gau-
debant: verum satellites Curiae Pon-
tificis, hac immunitate n̄ attenta,
hominem eo loci capiunt, vinctumq
ad magistratum, cuius iurisdictio-
ni suberat deducunt; offendit ea
res Galliae Regis Legatum, statimq
de violatione privilegiorum suorum
conquestus et protestatus est; qui-
nimo et Cardinalis Destrè Gallus, Ro-
ma illico discessit, ut testaretur se
eam iniuriam Regis sui ferre n̄ posse.
Rex quoq Galliae id postqm rescivit
non dissimulans, querelam Parisiis
apud Legatum Summi Pontificis hac
de re deposuit: atq ut eam Pontifi-

ei

Origo offensae īr Summum Ponti-
ficem et Regē Galliae.

Pontifici denuntiaret, postulavit: quod deinde secuta gravis īr Pontificem et Regem Galliæ animorum exacerbatio, consiliando īr Principes Christianos concordiæ, et pluribus negotiis publicis defuit. At vero Jacobus Rex Angliæ, pius et Religionis Catholicæ amantissimus Princeps, edictum suum Regium, per oēs Angliæ, Scotiæ, et Hyberniæ Provincias serio promulgari jussit; ut Romano Catholici libero Religionis suæ exercitu publice fruerentur tnqm ii qui Deo et Regibus suis fidm smpr inviolatam constantissime retinuerunt; poenasq in eos constituit, si qui hac in re voluntati suæ contradicerent: quia eius pietate, et in fidem Catholicum propensione inducti, multi non ex populo tm: sed etm ex illustri sanguine ad sinum Eccleæ Rōnæ eiurata heresi redibant. Quod Regi optimo

Jacobus Rex Angliæ fuit Rño Catholicam edicto Regio in Provinciis suis promovet.

optimo immane postea odium apud Hereticos peperit, atq ut Regno suo hereditario verus et legitimus Princeps, ab adversariis in caput suum innocens coniuratis, per summum scelus exueretur, fecit. Nec rebelles in Ungaria heretici, conspirare contra exercitum Cæsaris Leopoldi cessabant, licet eos Generalis Caraffa, variis suppliciis, jussu Cæsaris, e medio tolleret; crescebatq eorum numerus, etm per ipsa supplicia invalescens; cum ea in ipsis tormentis, et articulo mortis protestaōne; quod mallent per oēs atrocissimas poenas excruciari, et suppliciis interfici; quam Cæsareanorum militum non ferendas iniurias et oppressiones ferre; quare permotus Cæsar Leopoldus, ut mitius cum illis ageret, Caraffæ iniunxit, ne per desperata consilia in preceps acti, gravius aliquid tentarent, aut in partes Turcicas transirent, ad quod eos nefarius rebellium fomes Tekellius, ut Turcis placeret

Heretici in Ungaria rebelles iterum contra Cæsar: Exercitū conspirant.

placeret, continuo simulabat. Verum et ipsi Turcæ proditionem amantes; sed proditorem exosi haud dubie Cæsari, cum vinctum prodidissent, quod Magnus Vezyrus datis ad Caraffam literis insinuabat; si ea ratione ad tollerabiles pacis conditiones, Cæsar descendere vellet. Verum ille cum intelligeret Turcas, pacem quidem in speciem obtendere, sed bellum serio moliri, ut armis arma tempestive opponeret, exercitu ex Italicis hybernis deduci jusso, et in Pannonia recensito, cum eum apparatu et commeatu bellico, satis instructum haberet, per Carolum Ducem Lotharingiæ, Supremum militiæ suæ Præfectum, ut martis negotia auspicaretur, et contra hostem procederet, mandavit. Confluebant ergo copiæ, tam veteranæ, quam ex novis delectibus auctoratæ et auxiliares Principum imperii, sed hæ

hæ rariores cum Ludovici Regis Galliæ castellorum suorum circa confinia imperii revisio multis formidolosa et suspecta, vicinos electores et Principes Germaniæ terruisset, eoque adduxisset; ut paratas iam Cæsari contra Turcam suppetias indemnitati suæ præcavendo, intra limites proprios, ad omnem casum retinuerint: quamvis Rex Galliæ, et per Ranucium Cardinalem summo Pontifici, et per Legatum suum Imperatori Leopoldo id declarasset; quod illa revisione nihil omnino agitaret, generali armistilio, et securitati Imperii nocivum; idque tantum ageret, ut qui sit status in partibus illis munitionum suarum pro exientia curæ Regiæ, præsens ipse exactius recognosceret. Verum hæc postea erupere, et quo collineabant, rupto armistitio, et in grave ac diuturnum bellum verso, docuere.

Interim Viennæ magnorum Moschoviæ Ducum Legati, a Cæsare Leopoldo satis honorifice excepti habitique, post

Legati moschorum a Cæsare Leopoldo honorifice habiti et donati Vienna Venetias discedunt.

past conclusam armorum contra Tur-
cas societatem, et post multa cum
ministris imperii collata mutuo
consilia ad Serenissimam Reipub.
Venetam apparabant. Quare Impe-
rator antequam eos dimisisset, vari-
is conviviis, spectaculis, et ve-
nationibus recreatos, muneri-
bus amplissimis donavit, mit-
tens per eos magnis Moschoviæ
Ducibus inter alia pretiosa donaria,
Aquilam argenteam, gemmis et
lapidibus pretiosis onustam, mul-
ta intus horologia, ingeniosissi-
mo artificio fabrefacta contin-
gentem. Græci vero ritus Sacer-
doti qui Legatis a rebus Divi-
nis fuerat, calicem aureum, et
turibulum argenteum exquisiti
operis et pretii, in signum gratiæ
Cæsareæ retulit. Atque sic splendi-
de habiti, et magnifice donati
Venetias abiere. Aderat tum Viennæ

Legatus

Legatus quoque Regni Poloniæ Extraor-
dinarius Joannes Zbaski Episco-
pus Premisliensis, qui pro sua in-
signi prudentia, dexteritate et
eloquii gratia, apud Imperatorem
Leopoldum, Legationis munere, sum-
ma laude perfunctus; ad ulte-
riorem Legationis suæ functionem,
Venetias profectus est. At sub id
tempus Veneti cum in Regno Mo-
reæ, Martem suum contra Turcas
apparatu maximo armarent; effu-
sis in Dalmaciam hostium copi-
is, heroicæ virtutis et defensi-
onis occasionem habuere. Bosnen-
sis quippe et Ercogoviensis Bas-
sæ 20. millibus Turcarum collec-
tis, Scynum in Dalmacia, non ita
pridem a Venetis summa vi te
bellica expugnatum, receptumque
obsederant; qua obsidione Præfec-
tus castelli cum præsidiariis ne-
quaquam territus, constantem et in-

victum

Joannes Zbaski Episcopus Premisliensis Regni Poloniæ Extraordinarius Legatus post expeditam Viennæ legationem Venetias proficiscitur.

Scynum in Dalmacia Turcæ obsident et oppugnant, sed irrito eventu.

invictum hosti animum opposuit. Cir-
cumdederat is ex oi parte castellum
excitatis passim aggeribus, suggesti-
busq tormentorum opportuno loco erec-
tis, continuo ex illis moenia et turres,
fulminibus bellicis qualiens. Verum pre-
sidiarii paribus quoq machinarum to-
nitruis in hostem detonantes; factaq
saepius eruptione fortissime cum ag-
gressi pluribus caesis, et operibus dis-
sectis ad munimenta ppria absq no-
tabili damno rediere. Sic utrinq dum
tormentis, et eruptionibus certatq: Tur-
cis frequenter cadentibus et nihil pro-
ficientibus: indicta tndm in diem 16.
Aprilis generali aggressione in eam
hostes, summa vi incubuere; sed cum
moenia conscendere, superare et in-
tro per stragem obsessorum evadere
nituntq: turpiter fugati, reiectiq 800. pro-
pè in illa oppugnaone amissis, ingen-
ti illa spe qua tumebant prostrati sunt,
cumq Cornaro Veneto militiae in Dal-
macia praefectum cum 12. millibus sup-
peliarum adverlare intelligerent; non
expectato eius adventu raptim et fu-
gientibus

fugientibus similes soluto obsidio ad
ppria recessere: insigni Venetis trium-
pho et probro suo relicto. Felicior eo-
rum Turcarum sors tum fuerat: qui
relictis mirabili Dei vocatione, et
eiuratis Machometanae sectae spure-
is et infamibus deliriis, fidem Chri-
stianam Venetiis susceperant, ex cap-
tivis et mancipiis Sathanae, in liber-
tatem filiorum Dei asserti; cum 40. si-
mul ex utroq sexu in eadem Basili-
ca publice babtisati fuissent, ma-
gno fidelium gaudio, et aarum lu-
cro: quod et in Anglia Catholicos
incredibili solatio exhilaravit; cum
Jacobi Regis felici ductu, et explo
plurimi ex magnatibus Angliae e-
iurato Calvinismo, et fidem Rno
Catholicam passim incederent; per-
mittente optimo Rege etiam Gy-
mnasia publica Catholicae religi-
onis Professorum erigi; in quibus
pubes Anglica, orthodoxae fidei
praeceptis et studiis imbueretq: Quo
tempore eadem in Anglia inau-
dita maris tempestas, circa Lon-
dinum

Inaudita maris tempestas in Anglia et Holandia.

Londinum adeo, invaluerat; ut publi-
cis privatisq aedificiis funditus ever-
sis, quin et arboribus ipsis stirpi-
tus evulsis, atq ob impedimentum
maris refluxum Tamesi flumine ad
stuporem omium exsiccato, miseros in-
colas circumquaq magnitudine pe-
riculi, vehementer perculsos prope
extra se ipsos rapuerit: eadem ca-
lamitate Holandiam quoq damnis
ingentibus, terra mariq involven-
te, ob insolitam aquarum intumes-
centiam, horribilesq immanium pro-
cellarum fluctus, a multis seculis
non observatos. Porro cum Anglia
et Holandia cum inaudita Oceani
tempestate luctatur, Hybernia ra-
ro auditum longioris aetatis in qua-
dam femina exemplum in Athlinita
vidit. Agebat tum mulier illa 107.
vitae suae Annum; cum 24. filios ge-
nuisset, 60. ex iis nepotes et 75.
Pronepotes eodem tempore viventes
spectavit; vegetis adeo in tanto
senio, robustisq viribus, ut intra
quadriduum 70. Anglica milliaria

pedestri

pedestri itinere confecerit: documen-
to singulari quantum valeat, ad producen-
dam aetatem longiorem, et senium ve-
getius simplex et moderata victus
ratio, cum in luxu perditis, volupta-
tumq ganea diffluentibus vel ante
senium aetas fracta succumbat; vel
senium imbelle et morbidum viventi-
bus taediosissimum, mors in eo vita
ipsa optabilior sit. Sed ut ad vici-
niora nobis domesticaq nostra re-
vertamur; iisdem diebus quibus in
Pannonia Caesareani Agriam obsidio
arctissimo adeo ad extrema urgebant,
ut praesidiarii Turcici in ea alimen-
tis omnibus consumptis feles, canes, et
sordida quaq alia pro edulis ha-
berent, Mungaciumq haereditaria re-
bellis Tekellii ditio, ab iisdem diu
et valide obsessa, quamvis ob naturam
loci vix expugnabilis summe tamen
periclitaretur; et iam solam non
nisi; Caesaris Leopoldi clementi-
am, cum uxore Tekellii imploraret.
in Polonia nostra supremus Exer-
cituum Regni Dux Jablonovius,
castris ad Wisniowczyk positis,

recentisq

recentisq copiis, ducere eas versus Came-
necum statuit; cumq iam cum Marte Po-
lono, Turcarum cervicibus immineret,
Bavorovium expertæ virtutis Tribunum,
cum mille quingentorum militum expe-
dita manu, ante adventum suum præ-
misit; ut hostium vires et consilia
exploraret; et si forte Camenecco incau-
ti egrederentur; ex sylvarum latebris
repente minus id sperantibus ingru-
eret. Verum proditores villani Turcis
faventiores observato Bavorovii pro-
posito quantocius id ad præsidiarios
Camenecenses detulere, admonuereq;
ut se interim in Urbe continerent: quo
facto destinata Bavorovii in irritum
cesserant: qui cum triduo toto in ab-
ditis nemorum hosti intentus la-
tuisset; nemine ex saxeis illis Ca-
meneci latibulis prodeunte; cohor-
tes sibi commissas ad castra reduxit.
Processit deinde cum toto exercitu
versus Camenecum Jablonovius, Lithua-
nis quoq copiis iam advenientibus,

Bavorovii irri-
tus ob fidem ru-
sticor: contra
Turcas conatus.

moxq

moxq cum hoste experimentum factu-
rus, delegit cohortes bello acerri-
mas ut propius urbi admotæ provo-
catione armorum, præsidiarios ad
pugnam extra moenia quaquo mo-
do elicerent. Ut ergo in conspectum
hostium venere, quamvis in horren-
dos tormentorum bellicorum ex Ur-
be fragores, crebris illis fulmi-
nibusq, magno animo contemptis,
præsidiarios nimium sibi præfi-
dentes, ad suburbanum conflictu
provocarunt. Invaluit exinde acer
utrinq congressus certatum ferro
sub ipsis moenibus satis strenue,
barbaris propugnaculorum suo-
rum fiducia fretis, nostris vero
in campo aperto, sola non nisi
fortitudine contra nitentibus: cumq
aliquandiu æquo marte decerta-
tum fuisset, non sustinuere tandem
virtutem Polonam barbari, cæsi stra-
ge cruenta, et in Urbem fugati; a-

Præsidiarii Ca-
menecenses die
22. Julii a nostris
cæsi, et in urbem
fugati —.

misso

amisso Ductore Caraman aga, et aliis ducobus legionum Praefectis, et auda, cissimis quibusq in illo pugnandi ar, dore interemptis; quorum clade reli, qui perterriti, licet provocantibus nostris, non amplius extra moe, nia ad pugnam comparuere. Adve, rat iam Buczacium Serenissimus Rex Joannes, cum Regia consorte, et prole sua; moxq ōis Jaslo, vecium sub papilionibus expan, sis, cum utriusq gentis Ducibus exercituum consilio bellico insti, tuto; postqm consors Regia cum teneriori prole Serenissimo Regi va, ledixisset; cum Ducibus Exerci, tuum et armata manu Serenis, simus Jacobus Poloniae Princeps, ad res fortiter gerendas, versus Camenecum pronus libensq abiit, Rege Serenissimo eo loci, interim subsistente, ut deinceps quo re, rum et belli momenta poscerent

contra

contra hostem procederet. Praemise, rant vero Duces exercituum ad loca Cameneco vicina, recentes copias, mille falcibus instruc, tas, ut opimas ōium frugum mes, ses circumquaq demeterent, quod ab iis strenue factum praesidia, rios Camenecenses, annonae ino, pia laborantes, mire affixit. Subsecutus est deinde Serenissi, mus Jacobus princeps, ut igni, torum globorum missilibus et aliis pyrobolaribus machinis, hos, tem per incendia infestaret, et aggressionem tentaret; quod sub, odorati Turcae, supremis aedifici, orum fastigiis, tempestive de, rectis, sulphurea illa iacula, ut sine noxa incendii in irritum caderent, effecerat. Ipsi vero oc, tingentis prope tormentorum bel, licorum explosionibus, ex urbe in

nostros

nostros detonuere. Deo tn protegen-
te et avertente ictus illos ferales a-
deò, ut solus non nisi Lidichoviy
alo loricato commilito, glande tor-
mentaria occubuerit. Inter hæc ma-
chinarum Bellicarum tontrua Se-
renissimus Jacobus Princeps pericu-
lum vix non adiit; globi maioris
impetu propius transvolante; quo
tn cordatus Principis animus, mi-
nimè exterritus, a prosequendo
heroico opere gradum non movit.

Serenissimi Jacobi Poloniæ Principis. ad Camenecum infracta animi virtus.

Eruperant quidem præsidiarii
Turcici cum Tartaris nostratibus,
qui ad eos defecerant, sed eximia
nostrorum virtute sæpius cum no-
tabili clade sua fortiter repres-
si sunt, ex quorum primariis
Ductoribus, a Lithuano quodam
viro forti in facie omnium, momen-
to captus fuerat; cuius caput
truncatum Lithuanus ille cum
ad

Præsidiarii Camenecenses virtute nostrorum fusi fugatiq.

ad Duces gentis suæ detulisset, dig-
num insigni opere et merito enco-
mium proemiumq retulit. Inito de-
inceps consilio Duces Exercituum,
cum incendiarios illos ignes, ni-
hil proficeret hostemq munimentis
prævalidis clausum, nec ad pug-
nam dici nec expugnari posse vi-
derent, ne mora illa Exercitum fru-
stra laborantem, et inglorium di-
stineret; visum est eis consultius
Cameneco relicto cis Vasielovum
consistere; ubi pons transmitten-
dis per Tyram flumen in Daciam
copiis nostris parabatur, Scythisq
in campis Budziacensibus, pro-
ut ferebat stabulantibus, in
hostico potius occurere; quam
adventum eorum operiri, finitimis
Provinciis nostris semper exitiosum.

Per ea tempora Dux Galiczyn su-
premus Exercituum moschoviticor:
Præfectus

Dux Galiczyn contra Scythos Tauricanos.

cum 300. ar=
matorum milli=
bus procedit.

Praefectus ex vi pactorum foede=
ris initi contra Turcas et Scythas
cum trecentis Moschorum et Co=
sacorum millibus, et cum ingen=
ti apparatu bellico, contra Tauri=
cam movit, maiori terrore, q̃m
effectu. Cum etm in confluentiam Bo=
risthenis et Samarae fluminum castra
metatus fuisset; vastamq illã exerci=
tus multitudinem per loca vere deser=
ta, ♦nua, et inaquosa traheret; ob
graves, et insolitas Coeli soliq in=
iurias, fraudemq Cosacicam coepto
desistere coactus est. Nam praeter
ardentissimos solis calores, quibus
aestas illa, ceu flammea Vulcani of=
ficina nimium fervebat; cum Scythae
in latepatentibus campis Perekopum
versus herbidum oẽ igni exussisset;
quod et Cosaci Moschorum exercitum
antecedentes, dolosis Samuijlovicij
Ducis sui cum Hano Tartarorum com=
municatis consiliis perfide et frau=
dulenter agebant: subsecutus est exinde
ingens

ingens pabuli defectus, et illi exercitus
velut quoddam lamentabile bustum.
Et licet in Exercitu Moschovitico 20.
millia fossorum numerarent, qui fontes
aquarum effossis quaqua versus pute=
is rimabant; non poterat tn eorum
opera tntõ hominum, et iumentorum
nro sufficere; cum quidquid aquarum
effossum fuerat, ipsi fossores, et iumen=
ta castrensia momento exhaurirent:
militibus passim cadentibus, et siti
intollerabili adeo enectis; ut 40. prope
millia, hoc malo, et aliis gravissimis
locorum illorum incommoditatibus, ex
Moschovitico exercitu, q̃mvis nullum
cum Scythis proelium iniissent, misere
interierint. Dux proinde Galiczyn, a=
deo dirae necessitati parendum ra=
tus, ut reliquo exercitui tempestive
consuleret, ad trans Boristhenicas
partes cum eo retrocessit, cumq in lu=
tioribus illis, et commodioribus lo=
cis constitisset; memor proditionis
Cosacicae 20. millibus peditum Mosch=
oviticorum, in castra Samuijlovicij, n
longe

Exercitus Mo=
schorum pabu=
innopia, et siti
intollerabili la=
borat.

Dux Galiczyn
copias Moschovi=
ticas, trans Bo=
risthenem rebus in=
fect: educit.

Samuijlovicius
Dux

Dux Cosacorum proditionis reus capitur a Moschis et in vincula ducitur.

longe distantiâ immissis, captivari cum
et in vincula duci cum filio iussit; truc,
cidantibus reliquos asseclas proditio,
nis eius conscios, Cosacis quibus ille
cum postea 4. ex iis Candidatos ad Præ,
fecturam militarem proposuisset, omnium
votis in Mazappam nobis addictum
consentientibus, Præfecturam ei Cosa,
cicæ militiæ detulit; hic vero res
et fortunas Samuylovicii relictas
cum excussisset, 14. vasta dolia mone,
tæ argenteæ, nummorum imperiali,
um, opimum sane tanti peculii re,
cepit. Sed non cessavere ideo sedi,
tiosi Cosacorum trans Borysthenem

Cosacorum trans Borysthenem ob Samuylovicium in vincula ductum seditiosi motus.

motus; quinimo ob Samuylovicium
in vincula ductum exasperati pa,
gis, oppidis, castellis, aliis exustis
direptis adeo invaluerant, ut Ylto,
skovius quoq Reipub: nostræ apud
Moschos internuntius cum permit,
tente Duce Galicinio in Patriam re,
verteretur, in oppido quodam peri,
clitatus vix manus eorum evaserit:
efferatis

efferatis illis bellius, ius omne et fas vi,
olantibus; et sub prætextu vindiciarum
Ducis sui, latissimas illas oras extre,
me depredantibus. Ita famosa illa
Moschorum et portentosa contra Scy,
thas expeditio, misere evanuit; me,
tuq Scythas et periculo absolvit; qui
tn cum Sultanum Muradinum nume,
rosis copiis armatum in oras nos,
tras ex campis Budziacensibus ir,
rupturum diu iactitassent ditionibus
se nostris hoc Anno non infudere.
Quapropter Serenissimus Rex cum
Tartari diu expectati, famam non
missi adventus buccinarent, intra la,
tibula vero Tauricana hærerent, Zto,
covium rediit; ut cum Ducibus exer,
cituum si necessitas posceret, con,
silia exinde conferret, provideretq
securitati regionum illarum, quæ
incursioni Scytharum viciniores sunt,
præsertim vero quoties per eos anno,
na, præsidiariis Camenecensibus in,
vehitur, quâ occasione in Volhyniam,
Pokutiam, et alios Russiæ tractus, præ,
datum excurrere, igni ferroq grassari,
et

Serenissimus Rex Joannes Ztocovium redit.

et in captivitatem barbaram multa homi„
num millia prope annuatim abducere
solent; nisi ab insequentibus aliquando
cohortibus nostris profligati, et prædam
et vitam relinquere cogant.

Legatus summi Pontificis in Anglia a Jacobo Rege honorifice excipitur, hæreticis solentibus.

Angliâ sub id tmpus, Legatus Summi Pon„
tificis, Jacobo Rege magnis honoribus
exceptus; denuntiavit optimo Regi
Sũmi Pontificis incredibilem paterni cordis
eius lætitiam; quod fides Romano Catho„
lica in partibus illis Regis potissimum
cura et studio refloruerit, et ad maio„
ra quotidie incrementa assurgat: quæ
quidem legatio prout Regi gratissi„
ma fuerat; ita hæreticorum malevo„
lentiam summe exacerbavit, et ad no„
va contra Regem rebellium animorum
molimina, tanto gravius excivit;
cum et inveterato contra Sũmos Pon„
tifices odio timerent, ne auctori„
tas eius invisa, rursum invalesce„
ret, tam diuq firmatam eorum
poteâm Orthodoxæ Religionis ma„
ior vis et potêâ funditus convel„
leret. Moschorum quoq Legatos Vene„
tiis eo

eo tempore publicus honos excepe„
rat, actumq cum illis Sũi Principis,
et Senatus satis condigne assigna„
tis quotidie ad eorum impensas neces„
sarias 20. aureis, quousq legaõne illa
fungerentur. Cum vero ad eos introdu„
cendos, coram Principe et Senatu, pu„
blico ritu audientiæ ventum eẽt, ne„
garunt se trinam pro more solito
Principi reverentiam facturos; quini„
mo fastu barbaro requisierunt, ut quo„
tiescunq magnorum Moschoviæ Ducum
in prologuio suo mentionem facerent;
toties serenissimus Venetiarum Dux
caput aperiret, et assurrectione fac„
ta e sedili suo, reverenterq se inclina„
ret, quod a Venetis male acceptum,
exequendæ Legaoni moram diutur„
niorem interposuit, et vix non to„
tum negotium, nimia illa affectio„
ne rescidit. Non remittebat per hos„
ce dies, Supremus Venetæ militiæ
Dux Morosini, in Regno Moreæ quid„
quam de curis bellicis; quanquam
pestilentia

Moschorum Legão Venet: nimis fastu Legationis sua munus obire volunt.

pestilentia malum, ir Venetos mili-
tes coortum, magnis eius proposi-
tis obicem poneret, praesertim cum
iam summi Pontificis magniq Du-
cis Hetruriae, et Equitum Meliten-
sium auxiliares maritima copia
advenissent; cumq alibi circa or-
dinandam classem versaretur, Turcae
opportunitatem hanc nacti, cum
6. millium collecto exercitu, et aliquot
tormentis bellicis, Neapolim Roma-
niae aggredi, et oppugnare tentarunt.
Sed a Venetis ad oẽs eorum cona-
tus serio excubantibus, fortiter ex-
cepti et reiecti, non sine clade,
et probro gravi inconsultos au-
sus suos damnantes recesserunt.
Sed longe arctius et efficatius
in Pannonia a Caesareanis, Agria
et Alba Regalis premebatur, pro-
fectis earum magno Vezyro, cum
alto gemitu per literas supplican-
tibus

Turcae Neapolim Romaniae oppugnare frustra tentant.

Agriam et Albam regalem Caesareani in Pannonia arcte obsident.

supplicantibus; ut in extrema necessi-
tate positis quantocius subveni-
ret; ne Urbes illae nãa loci et prae-
sidio firmatae in potestatem Caesa-
reanorum, quod tn postea factum
est, magno Othomannici imperii
dispendio venirent. Carolus cm Lo-
tharingiae Dux, et Elector Bava-
rus id valido nisu urgebant,
reiectis et profligatis quinq mil-
libus Scytharum; qui Urbibus il-
lis obsessis rem nummariam, et
commeatum inferre conabantur;
subsecuta exinde apud Turcas
obsessos rerum victualium into-
lerabilis penuria, et ulterioris
defensionis locorum illorum de-
speratione

Olsowii Andr. Archiep. mors 188 f.v.

Piotrowski Lucas 221.

Radziwil Michael Roman legatio 239

Radski Joan. 223.

Commissio Sandomiriensis f. 197.

Slovikowski mors 211.

Stryjowski Seb. 223.

Szeli mors 211.

Tomaszewicz Stanislaus 278.

Turris praetorii Crac. wyflynat 233 f.v.

Grabianowski Andr. 387.

Trebicki Andr. ep. Crac. mortuus 224.
ejus bona ibid f.v.

Makowski S. J. D. renunciatur. 264.
mortuus 279.

Malachowski Joan Ep. Crac. 261.